

HERNÁN ARBOLEDA VALENCIA

REGESTUM MANUSCRIPTORUM SANCTI ALFONSI  
IN ARCHIVO GENERALI HISTORICO  
REDEMPTORISTARUM ROMAE (AGHR)

SUMMARIUM

- ARCHIVUM GENERALE HISTORICUM REDEMPTORISTARUM:
  - FUNDUS 05: S. Alfonsus Maria de Liguori, Fundator C.S.S.R.
  - SECTIO 0501: Sancti Alfonsi Manuscripta (= SAM, olim vol. XXXIV):
- 050101 (SAM/01): *Epistulae S. Alfonsi ad Editorem Remondini ann. 1755-1766, N. 001-204.*
- 050103 (SAM/03): *Epistulae S. Alfonsi ad Editorem Remondini ann. 1767-1781, N. 205-277.*
- 050105 (SAM/05): *Alia S. Alfonsi manuscripta conglutinata ann. 1733-1762, N. 278-348.*
- 050107 (SAM/07): *Libri quibus usus est S. Alfonsus cum notis suis, N. 349-354.*
- 050109 (SAM/09): *Diaria S. Alfonsi, textus Constitutionum aliique libri quibus usus est, N. 355-359.*
- 050111 (SAM/11): *Epistulae autographae S. Alfonsi ann. 1726-1787, N. 360-798.*
- 050113 (SAM/13): *Acta episcopalia S. Alfonsi ann. 1762-1776, N. 799-867.*
- 050115 (SAM/15): *Manuscripta de iure C.S.S.R. ann. 1733-1748, N. 870-899.*
- 050117 (SAM/17): *Alia S. Alfonsi manuscripta ann. 1711-1784, N. 900-1025.*

Archivum Generale Historicum Congregationis SSmi. Redemptoris, sicut alia archiva ecclesiastica, propriam habet historiam, iam in

*Spicilegium Historicum* breviter descriptam<sup>1</sup>, quam hic summatim in mentem revocamus et perficimus, ut ratio novi *Regesti* hic editi melius eluceat.

Nostrum Archivum cum Fundatore Congregationis, S. Alfonso de Liguori, incepit, qui, ut ex epistulis eius scimus, attente curabat ut praecipua documenta in archivis domuum servarentur. Ita Archivum Generale iam in Pagani constitui incepit, et saeculo XIX curam eius habuit P. Ioannes Joseph Sabelli, qui documenta ab anno 1747 usque ad a. 1848 colligere studuit. Anno 1856 Archivum Generale Romae constituitur, quod, usque ad a. 1862, sub cura ponitur P. Eduardi Schwindenhammer. Hunc secutus est P. Michael Ulrich, Secretarius Patris Generalis ab anno 1861 et Consultor Generalis ab anno 1876 usque ad a. 1893. Hic documentorum ex Archivio Vaticano transcriptionibus manu scriptis, nostrum valde locupletavit. Ab anno 1879 usque ad a. 1903, Archivi Generalis moderator est P. Fridericus Kuntz<sup>2</sup>, de quo scribitur in opere *Villa Caserta*: «viginti annorum spatio, indefessa patientia colle(git), ordine suo dispo(suit), nitideque scrips(it) historica documenta, quae innumerabilia fere in archivo asservantur: quo quidem labore diligenter praeparavit materiam futuro annalium scriptori». Patri Kuntz adiutorium fuit P. Simon Boddeke ab anno 1885 usque ad 1898, de quo legitur in eodem opere: «duodecim annorum spatio, indefessa patientia in rite ordinandis atque etiam exscribendis archivi generalitii documentis operam suam praestitit»<sup>3</sup>. Patrem Kuntz etiam adiuvit, iuxta notam inventarii ab ipso incepti, P. Ernestus Bresciani, qui Consultor Generalis Secretarius fuit ab a. 1894 ad 1907. Archivum vero, non obstantibus iis quae supra affirmantur in citato opere *Villa Caserta*, vera ordinatione caruit, usque ad nostrum saeculum: ab anno 1903 usque ad 1924 novus archivista generalis, P. Eduardus Bührel, ordinationem systematicam archivi aggressus est, secundum ordinem diversorum temporum historiae Congregationis. Quae ordinatio usque ad praesens mansit. Successores enim eius illam servaverunt, pauca mutando, cum quadam tamen confusione, quia haud semper documentorum permixtio vitata est, quando documenta edenda parabant. Successores P. Bührel fuerent PP. Ioannes Baptista Raus (1924-1943); Aloisius Arnold (1943-1946); Philippus Hoffmann (1946-1948); Mauritius De Meulemeester (1949-1951), et Andreas Sampers (1951-1986).

In Archivo nostro circiter 600 documentorum volumina exstant facta, praeter multa alia documenta distribuenda, quibuscum omnibus

<sup>1</sup> *Spicilegium Historicum*, 35 (1987) 205-208.

<sup>2</sup> Cfr. M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie Général des Écrivains Rédemptoristes*, II, Louvain 1935, 239.

<sup>3</sup> *Villa Caserta*, Romae 1905, 241-244.

computatis, quinquies usque millena milia (5.000.000) attingere possunt, quorum diversa quidem inventaria conscripta sunt<sup>4</sup>. Cum autem praesens archivi ordinatio revera «archivisticae» scientiae normas non sequatur, et nunc etiam pro archivis vigeat id quod «informatica» vocant, ad nova hodiernorum in hoc campo inventa archivum nostrum accomodandum erat. Quapropter, novam archivi ordinationem aggredientes, eius documenta in diversos divisimus fundos, quorum praecipuus, ut patet, ille est qui nostrum Fundatorem Alfonso Mariam de Liguori respicit, et qui recepit numerum 05, cum variis subdivisionibus supra in summario enumeratis, quibus adiungimus sequentes:

0502: S.A.A., id est: *Sancti Alfonsi scriptorum apographa*:

050201: Scriptorum S. Alfonsi apographa conglutinata: 1747-1777. (Codex. Olim SAM,-IIIa. NN. 001-0064.

---

<sup>4</sup> 1. - *Inventaria Archivi Paganensis confecta a P. Sabelli*: 1° - *Catalogo dell'Archivio Generale della C.S.S.R. de' Pagani*: Reali Dispacci, e Ministeriali (1747-1848); 2° - *Archivio delle Carte di Roma*; 3° - *Archivio delle Lettere Ultramontane*.

2. - *Elenco di vari dispacci e decreti Reali dal 1746 al 1776*, ab auctore ignoto, sed cum inventariis P. Sabelli.

3. - *Inventarium Archivi Generalis Romae*. Concinnatum a P. Eduardo Schwindenhammer a. 1860. (Notatur: Ordo cunctorum mutatus est a P. Ulrich).

4. - *Inventarium Archivi, inceptum a P. (Ernesto) Bresciani*, postea continuatum a P. Bührel.

5. - *Inventarium Archivi Generalis C.S.S.R.*, conscriptum a P.E. Bührel, complectens: *Vol. I*: I. - Documenta Historica ab initio Congregationis usque ad eius divisionem a. 1853. II. - Documenta varia, pertinentia ad regimen Rev.mi P. Mauron et Rev.mi P. Raus: 1855-1909. *Vol. II*. - Documenta ad singulas Provincias spectantia. *Vol. III*. - *Sectio I: Documenta*: Privilegia generalia; ecclesiae, domus et bona; subiecti; sacra liturgia; sacrum ministerium; benedictiones et aggregationes; indulgentiae. *Sectio II: Opera*: Elenchus privilegiorum; opera liturgica; privilegia aliorum Ordinum. *Sectio III: Sodalitium Oblatorum*. *Sectio IV: Archisodalitas B.M.V. de Perpetuo Succursu*.

6. - *Inventarium Archivi Generalis. Index Chronologicus*. Vol. I: ab anno 1909 (usque ad a. 1937).

7. - *Archivum generale C.S.S.R. Domus Generalis. Causa Expropriationis: 1865-1878. Inventarium*. Romae, 1981, conscriptum a P. Antonio Baziulich.

8. - *Archivum Generale C.S.S.R. Domus Generalis. Ecclesia SS. Redemptoris et S. Alfonsi. Collegium Maius. Villae. Inventarium*. Romae, 1983., conscriptum a P. Antonio Baziulich.

9. - *Archivum Generale C.S.S.R. Procuratoria Generalis. Inventarium*. Romae, 1983, conscriptum ab eodem.

10. - *Inventarium Archivi Generalis C.S.S.R.*. Nova editio. Romae, 1986., a praesenti archivista conscriptum, quod complectitur tantum 11 prima documentorum volumina, et sequitur cum emendationibus, ubi oportet, inventarium P. Bührel.

050202: Alia epistularum S. Alfonsi apographa.

050203: Apographa aliquorum manu scriptorum editorum S. Alfonsi, operumque eius musicorum. (Olim SAM,X et XI).

0503: EadSA, id est: *Epistularum ad S. Alfonso missarum autographa et apographa*. (Olim SAM,XII. Et F.07, vol. I, D).

0504: ESAed, id est: *Epistularum S. Alfonsi editiones* (Documenta et adnotationes in diversis editionibus adhibita).

Sequuntur aliae 10 subdivisiones quas hic omittimus, quia nondum ordinatae sunt. Nunc tantum in lucem edimus Regestum fundi 0501 id est manu scriptorum S. Alfonsi (SAM).

Ad *manu scripta* S. Alfonsi quod attinet, eorum species et argumenta summatim quoque explicare iuvat.

In genere manu eius scripta censemus, sive documenta integra, sive documentorum fragmenta originalia, ut infra exponitur, sive libri quibus usus est et quos propria manu adnotavit, sive quae scripsit aut scribere iussit in suorum operum compositione.

Diversa sunt opera typis edita, in quibus S. Alfonso verba aut paragraphos linea subnotavit et notas bibliographicas aut proprias addidit. Ita sunt opus Theologiae Moralis P. Busenbaum, opus P. Paolo Segneri, inscriptum *Il Confessore istruito*, quod originem adumbrare videtur alfonsiani operis *Pratica del Confessore*, et exemplaria suae Theologiae Moralis, quae pro novis editionibus parabat. Aliaque. De libris quibus usus est aut adnotavit agitur in SAM/07.

Inter manu scripta quae integra vel integriora servantur emergunt, ea quae eius *Diaria* vocamus, seu libelli in quibus manu propria diversissimas adnotabat res, sive ad conscientiam attinentes, sive agendas, sive lineamenta praedicationis etc., de quibus agitur in SAM/09; eius *epistulae*, quae constituunt partem maiorem ac ditiorem manu scriptorum (SAM/11 et SAM/17), praesertim eae editori Remondini inscriptae (SAM/01 et SAM/03), quae magni momenti sunt pro studio operum S. Alfonsi editorum.

Sunt quoque manu scripta quae ad regimen et disciplinam suae Congregationis spectant, de quibus in SAM/15, et ea quae ad exercitium sui episcopalis officii attinent, de quibus in SAM/13.

Inter manu scripta, aliqua sunt in codicem colligata seu conglutinata, ut sunt praecipuae epistulae ad Remondini et alia de quibus separatim agitur in SAM/05. Praeterea passim in Regesto recensentur plurima fragmenta manu scripta scriptorum S. Alfonsi in partes divisorum, ut distribuarentur tamquam reliquiae inter pios christianos.

Ad praesens Regestum quod attinet sequentes praemittimus explanationes:

1. -Regestum scripsimus *lingua latina*. Nomina vero propria sive hominum sive locorum in eorum vernacula lingua servare conati sumus, etsi haud semper. Propterea quoad huiusmodi nomina saepe normas grammaticae latinae infregimus.

Notandum est quoque in inscriptionibus epistolarum servare ordinarie earum scribendi rationem, vgr **Gio:Battista**, vel **Giambattista**, quod quidem indicat diversitatem amanuensium.

2. -In quantum fieri potuit *ordinem chronologicum* secuti sumus. Tempus ita indicatur, v.gr. 09.01.1746: primus numerus indicat diem; secundus, mensem et tertius annum. Quandoque inveniuntur duo anni linea divisi, v.c., 1746/1750. Significat tempus conscriptionis documenti completi periodum inter hos duos annos. Duo vel tria puncta in locum numeri indicat nos diem aut mensem ignorare.

3. -Ad *manu scriptorum species* quod attinet, distinguimus:

a. -*Originale (DO)*: documentum manu scriptum ut *exemplar* (lineamenti, adumbratio, «abbozzo», «borrador», «brouillon», «rough draft») aut *ultimum* ad aliquem mittendum necne. Documentum originale esse potest:

1) *Autographum*: si conscriptum est manu ipsius auctoris sive *totum*, et tunc est simpliciter *autographum (DOA)*, sive *ex parte*, et tunc est *partim autographum (DOPA)*; sive tantum ab eo subscriptum (*DOSA*).

2) *Apographum (DOAP)*: conscriptum ab amanuensi sed dictante auctore documenti aut eius iussu, v.c. quando agitur de Supplici libello ad S. Sedem.

3) *Typis cusum (DOTC)*, sed cum subscriptione autographa auctoris. (Tunc assimilatur manu scriptis). Ita sunt plures litterae testimoniales et id genus.

b. -*Apographum (AP)* («Copia»): non originale, ab alio conscriptum, sine immediato auctoris interventu.

In hoc Regesto *autographum* sumimus in sensu potius documenti *originalis*, ut supra explicatum est sub littera *a*, etsi quandoque distinguimus inter *originale* et *autographum Sancti Alfonsi*, v.c. quando agitur de documento ad S. Alfonso misso, v.c. de aliquo documento pontificio.

4. -In hoc Regesto citamus loca: periodicum aut opus in quo documentum de quo agitur editum est. Sunt:

A	<i>Analecta CSSR</i> , Roma 1 (1922) ss.
ASA	<i>Gli Amici di S. Alfonso</i> , Palermo-Uditore 1 (1933) ss.
CBB	AA.VV. <i>S. Alfonso de Liguori. Contributi bibliografici</i> , Brescia 1940.
CSA	G. CACCIATORE, <i>S. Alfonso de Liguori e il Giansenismo</i> , Firenze 1942.

Lettere	<i>Lettere di S. Alfonso Maria de' Liguori</i> , Roma 1887, Vol. I-III.
Lettres	<i>Lettres de S. Alphonse-M de' Liguori</i> , (Trad. P.F. DUMORTIER), 2 <sup>e</sup> partie, tome 2, Bruges 1893.
SA	<i>Sant'Alfonso</i> , Pagani 1 (1930) ss.
SAOPA	<i>S. Alfonso M. de Liguori. Opere Ascetiche</i> , Redentoristi. Roma, 1933-1968.
SGM	<i>San Gerardo</i> , Materdomini 1 (1901) ss.
SGIAM	S. GIAMUSSO, <i>I Redentoristi in Sicilia</i> , Palermo 1960.
SH	<i>Spicilegium Historicum CSSR</i> , Roma 1 (1953) ss.
TFL	Mons. TOMMASO FALCOIA, <i>Lettere a S. Alfonso de Liguori, Ripa, Sportelli, Crostarosa</i> . Testo critico... a cura di P. O. GREGORIO, Roma 1963.

Alia opera et periodica quae semel aut bis occurrunt, in ipso textu omnino citamus.

Aliae nominum contractiones sunt:

AGR vel AG vel AGHR	= Archivum Generale Historicum Redemptoristarum.
CSSR	Congregatio Sanctissimi Redemptoris.
Ed.	Editum (documentum) aut Editio.
F.	Fundus.
Olim	Indicat <i>signaturam</i> , quae dicitur, praecedentem.
SAA/01	Sancti Alfonsi scriptorum apographa conglutinata.
SAA/02	Alia epistolarum Sancti Alfonsi apographa.
Vol.	Volumen.

Regestum manuscriptorum Sancti Alfonsi

**TULAE S. ALFONSI AD EDITOREM REMONDINI:  
1755-1766 (Olim SAM-I).**

050101 (SAM/01)

001. Nocera. Epistula autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini** in via prima tantum scripta). Gaudet de proposito edendi suum opus *Theologiae Moralis*. (4 p., 20 × 18. Ed. *Lettere*, III, 18.

002. 1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini** in **Venezia**: nuntiat misisse ei primum volumen *Theologiae Moralis*. Explicat correctiones in libro factas. Saepe citat **La-Croix** et **Mazzotta**. Petit correctorem («revisore») libri qui non sit «della via rigida (come per lo più oggi sono i **Domenicani**) perché io... mi alla via di mezzo. Se fosse qualche Padre **Gesuita** sarebbe il migliore indicat postea modum servandum in editione. In *postscriptum* suggerit: ad instar scl. editoris **Francesco Pitteri** cum suo cliente **Ab. Antonio**. Mittat folia corrigenda D.no **Michele Stasi**. (4 p., 16 × 22 cc.. Secum vero folium lacerum est: *postscriptum* incompletum est). Ed. *Lettere*, III, 19-22.

003. Napoli, 30.03.1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: iterum de primo volumine *Theologiae Moralis*: de via ad librum mittendum: DD. **Stasi** et **Matteo Ernandes**. Parat correctionem secundi voluminis, in quo addet doctrinam **P. Zaccaria**. Gaudet de correctore libri selecto: Theologo e PP. **Jesuitis**, qui «sono stati e sono maestri della morale». Ipse tamen viam medii sequitur. De cura in citationibus typis cudendis et in tota editione. (4 p., 14 × 19 cm.). Ed. *Lettere*, III, 22-25.

004. Nocera, 30.04.1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonso** ad **Giuseppe Remondini**: accepit epistulam eius 11 aprilis. Petit nuntium receptionis libri missi, et renovat adnotationes factas in praecedentibus epistulis. Laudat iterum PP. **Jesuitas**. (4 p., 13.5 × 20 cm.). Ed. *Lettere*, III, 25-27.

005. Nocera, 04.06.1756. Epistula originalis manu amanuensis scripta **S. Alfonso** ad **Giuseppe Remondini**: irrequietus, quia nihil scit de libro missi. De opinibus **P. Zaccaria**. (4 p. 14 × 20 cm. In manu amanuensis. Deest subscriptio) Ed. *Lettere*, III, 27-28.

006. Nocera, 16.06.1756. Epistula originalis manu amanuensis scripta subscriptione, **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**. Inscriptio per opusculi *Practica* (del Confessore) ut in linguam latinam fundere possit extra Italiam. Pro editione italica sibi proposita. (4 p., 14 × 20 cm.). Ed. *Lettere*, III, 30-32.

**050101 (SAM/01) EPISTULAE S. ALFONSI AD EDITOREM REMONDINI:  
an. 1755-1766 (Olim SAM-I).**

001. *Nocera*, ..08.1755. Epistula autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini** in **Venezia**. Gaudet de proposito edendi suum opus *Theologiae Moralis*. Exspectat editionem accuratorem editionibus neapolitanis. (4 p., 20 × 14 cm. quarum prima tantum scripta).  
*Ed. Lettere*, III, 18.
002. *Nocera*, 15.02.1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini** in **Venezia**: nuntiat misisse ei primum volumen *Theologiae Moralis*. Explicat correctiones in libro factas. Saepe citat **La-Croix** et etiam **P. Mazzotta**. Petit correctorem («revisore») libri qui non sit «della sentenza rigida (come per lo più oggi sono i **Domenicani**) perché io... mi tengo alla via di mezzo. Se fosse qualche Padre **Gesuita** sarebbe il migliore...» Indicat postea modum servandum in editione. In *postscriptum* suggerit modum agendi ad mittendum ad se corrigenda libri folia quae cudentur: ad instar scl. editoris **Francesco Pitteri** cum suo cliente **Ab. Antonino**. Mittat folia corrigenda D.no **Michele Stasi**. (4 p., 16 × 22 cc.. Secundum vero folium lacerum est: *postscriptum* incompletum est).  
*Ed. Lettere*, III, 19-22.
003. *Napoli*, 30.03.1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: iterum de primo volumine *Theologiae Moralis*: de via ad librum mittendum: **DD. Stasi** et **Matteo Ernandes**. Parat correctionem secundi voluminis, in quo addet doctrinam **P. Zaccaria**. Gaudet de correctore libri selecto: Theologo e **PP. Jesuitis**, qui «sono stati e sono maestri della morale». Ipse tamen viam medii sequitur. De cura in citationibus typis cudendis et in tota editione. (4 p., 14 × 19 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 22-25.
004. *Nocera*, 30.04.1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonso** ad **Giuseppe Remondini**: accepit epistulam eius 11 aprilis. Petit nuntium receptionis libri missi, et renovat adnotationes factas in praecedentibus epistulis. Laudat iterum **PP. Jesuitas**. (4 p., 13.5 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 25-27.
- 005 *Nocera*, 04.06.1756. Epistula originalis manu amanuensis scripta **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: irrequietus, quia nihil scit de libro misso per D.num **Fernandez**. De opininibus **P. Zaccaria**. (4 p. 14 × 20 cm. Inscriptio manu amanuensis. Deest subscriptio)  
*Ed. Lettere*, III, 27-28.
006. *Nocera*, 16.06.1756. Epistula originalis manu amanuensis scripta, sed sine subscriptione, **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**. Inscriptio est autographa **S. Alfonsi**. Pervenit nuntius libri missi iam accepti. Mittit ei exemplar opusculi *Pratica* (del Confessore) ut in linguam latinam versum diffundere possit extra Italiam. Pro editione italica sibi proponit alia addere. (4 p., 14 × 20 cm).  
*Ed. Lettere*, III, 30-32.



pendium o «Pratica grande» per li confessori. (= *Homo Apostolicus seu Istruzione e Pratica*). Quaerit quis ederit epistulas P. Barra. (4 p., 14 × 20 cm.).

Ed. *Lettere*, III, 45-47.

013. Nocera, 04.11.1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: opus *Pratica* portatum non erat: nunc iterum misit illud **Romam** ad **Pios Operarios** in Santa Maria dei Monti. Scribat ergo ad D.num **Giuseppe Agazzi** ut opus accipiat ab his et in **Venezia** mittat. (1 p., 12 × 20 cm.).

Ed. *Lettere*, III, 47.

014. Nocera, 18.12.1756. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: nuntiat missurum esse opera sua spiritualia ut typis mandentur, via **Manfredonia**. Ad melius faciendum *Compendium Moralis*, petit folia impressa secundae editionis *Theologiae Moralis*, in qua «sono molte altre dottrine aggiunte che non vi erano nella prima». (4 p., 13 × 19 cm., quarum prima tantum scripta).

Ed. *Lettere*, III, 48.

015. Nocera, 20.01.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: indicat locum ubi imprimere debet declarationem pontificiam de ieiunio, nempe in primo volumine. Quoad novam editionem compendii **Tournely**, opinatur satis esse edere partem dogmaticam. Sed si haec pars ab eo iam edita est, petit ut mittat ei 12 exemplaria. Gratias iterum agit Patri **Zaccaria**. (4 p., 14 × 20 cm.; 3<sup>a</sup> p. alba. Adsunt duae correctiones in epistula manu **S. Alfonsi** factae, ut videtur).

Ed. *Lettere*, III, 49-50.

016. Nocera, 23.01.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: respondet ad quaesitum circa elenchum opinionum reformatarum: iudicabat non esse hunc inserendum in tertia editione *Theologiae Moralis*; sed nunc ipsi melius videtur eum includere, ideoque eum mittet. Operam dat *Compendio (Pratica grande) Moralis* conscribendo, cuius exitum praevidet. Quaerit viam ad mittenda opera spiritualia typis edenda, quia difficilis est via **Manfredonia**. (4 p., 14 × 19 cm., quarum 3<sup>a</sup> alba. Adsunt in epistula aliquae correctiones manu **Alfonsi** factae).

Ed. *Lettere*, III, 50-52.

017. Nocera, 27.01.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: indicat mutationem faciendam in secundo volumine *Theologiae Moralis*, quoad interpretationem «(di) una certa dottrina circa una Bolla del Papa presente». Quaerit num habeat opus quod inscribitur: *Della Santità e doveri della vita monastica* del P. **Rancé** della Trappa. (4 p., 13 × 20 cm., quarum 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae).

Ed. *Lettere*, III, 52-53.

018. Nocera, 14.03.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: certiore eum facit de missis operibus suis spiritualibus per **Foggia** et **Manfredonia**. Nondum accepit responsionem ad epistu-

las «circa l'elenco ed un'altra cosa importante per la *Morale*». Urget editionem Dogmaticae **Tournely**: opus est sibi 15 exemplaribus mittendis ad D.num **Stasi**. Timet errores typographicos in editione *Moralis*. (4 p., 14 × 20 cm., quarum 3<sup>a</sup> alba).

*Ed. Lettere*, III, 53-55.

019. *Nocera*, 15.04.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Gaudet de epistula accepta, per quam certior fit de conclusa editione *Moralis* et de 12 exemplaribus missis. Gaudet quoque de exemplaribus missis ad librarios **Stasi** et **Ajello**. In memoriam revocat se, via **Manfredonia**, ad eum missise opera spiritualia ex quibus saltem nova editio operum «della *Visita* e della *Madonna*» multum proderit. Displicet quod opus sit etiam vertere *Compendium Moralis* in linguam latinam. Audivit opus **Tournely** typis mandare **Pezzana** (4 p., 3a alba; 14 × 19 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 55-56.

020. *Nocera*, 25.04.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: petit alia 15 vel saltem 10 exemplaria *Theologiae Moralis* pro domibus Congregationis. (1 p., 21 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 56-57.

021. *Nocera*, 23.05.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: commendat patientiam habere in debito librarii **Michele Stasi**, qui a Turcis spoliatus est libris missis ab eo et a **Pezzana**. Expectat exemplaria *Theologiae Moralis* missa ab eo et a se petita. Querit num acceperit opera per **Filiasi** missa. In hac epistula legitur manu alterius scriptum, in editione *Lettere* omissum: «Il **Filiasi** a risposto di non aver ricevuto niente, onde che si faci rendere conto a quelle gli a consegnato detti libri». (4 p. 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 14 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 57-58.

022. *Nocera*, 02.06.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: gratias ei agit ob donum nuntiatum 20 exemplarium *Theologiae Moralis* et ob condicionem sibi factam deductionis 25% in libris emptis ab editore **Remondini**. Scribet ad **Filiasi** ut mittat opera spiritualia, cuius nova editio proderit, nam «sono tutte faticate e piene di cose... e per far(le) ho letto centinaia di libri e ne ho raccolto il fiore». (2 p., 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 58-59.

023. *Nocera*, 22.07.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Gratias agit ob donum 32 exemplarium *Theologiae Moralis* et 22 operis *Pratica* (del Confessore). Alia *Pratica* (Compendium) in latinum sermonem vertitur, sed suis expensis illam typis mandabit in lingua vernacula pro iis qui eam ita petierunt. Certior fiat de operibus spiritualibus acceptis, quae via **Manfredonia** misit. *Moralis* editio pulchra est. Gratias agit Patri **Zaccaria**, ad quem epistulam mittit, quam includit ei tradendam. Certior fiat de tutiore via ad mittendam interpretationem

latinam *Compendii*. (4 p., 3a alba et lacera; 15 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 59-61.

024. *Napoli*, 28.08.1757. Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Gaudet de acceptis ab eo operibus suis spiritualibus. *Compendium* (*Pratica grande*) in vernacula lingua typis mandavit ibi ut correctiones ipsemet facere posset. Sed exemplar huius editionis ad eum mittet, ut iterum hoc opus edere possit. S. Sedes permittit editionem in lingua italica. (4 p., 3a alba; 15.5 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 61-62.

025. *Nocera* 10.03.1758. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum nota marginali et subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: In lucem prodiit in 3 voluminibus in 8° *Compendium* seu *Istruzione e Pratica* per un Confessore. Quaerit qua via mittendum sit opus et num velit simul hoc et eius versionem in latinum sermonem habere. Petit ut **Neapolim** mittat alia exemplaria *Theologiae Moralis*, non vero in **Galliciam**, ubi **La-Croix** cum notis **P. Zaccaria** et totum **Busenbaum** combusta sunt. (2 p., 13 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 63-64.

026. *Nocera*, 14.04.1758. Epistula originalis manu amanuensis scripta et subscripta, **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: opus *Pratica* (*Istruzione* seu *Compendium*) mittit via **Roma**, ut, obtento privilegio, typis mandet. Miratur quod nondum ediderit libros «della Madonna e quello del Sacramento o sia *Visita*, unito colla *Passione*», qui **Neapoli** iam 9 editiones habuerunt. Mittat ad se alia 30 exemplaria *Theologiae Moralis*. Nunc scribit «il libro del Natale (*Novena del Santo Natale*) e del Cuore di Gesù». (4 p., 14 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 65-66.

027. *Napoli*, 18.05.1758. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: petit ut quaerere iubeat Romae librum *Istruzione e Pratica*, quem multo ante miserat ad D. num **Giuseppe Agazzi**. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 13 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 66-67.

028. *Nocera*, 05.06.1758. Epistula manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: accepit initium Directorii ordinandorum (*Examen ordinandorum*) cum praefatione **P. Zaccaria**; sed hoc auctum et correctum invenitur in *Pratica*. Instat ut typis mandet opusculum *Visita*, sed expectet undecimam editionem neapolitanam, in qua textum perfecit. Ad aliam editionem *Theologiae Moralis* parabit addenda et corrigenda. Sed melius esset eam edere in 3 vol. in 4°. Scivit **D. Giuseppe Agazzi** misisse iam opus *Pratica* (*Istruzione*); etiam per ipsum mittet *Theologiam* pro nova editione. (4 p., 15 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 67-70.

029. *Nocera*, 02.07.1758. Epistula manu amanuensis scripta, cum subscriptione

autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: gratias agit ob opus missum «di **Petavio**». Accepit exemplaria *Theologiae Moralis*, sed indicat folia quae desunt. Ad typis mandandum *Istruzione* exspectet novas correctiones (4 p., 21 × 16 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 70-72.

030. *Nocera*, 16.07.1758. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: *Compendium Moralis (Istruzione)* typis mandare poterant **Bartolomeo Carminati** et **Antonio Zatta**, sed his eum praetulit. Exspectat correctiones Patris **Zaccaria** super **Busenbaum** id est opere *Theologiae Moralis*. Quaerit num velit edere opera spiritualia; secus hoc petet ab **Antonio Zatta**. Nunc scribit alios duos libros: de Adventu et Nativitate Jesu, cum *Settenario di S. Giuseppe* et *L'Apparecchio e Ringraziamento alla Messa*; et 40 «sermoni sulle massime eterne (*Apparecchio alla morte*) cum 9 *Discorsi in tempo di flagelli*. (4 p., 15 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 72-74.

031. *Nocera*, 10.08.1758. Epistula manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Addenda operi *Istruzione e Pratica* misit per publicum tabellarium. Edito hoc opere, ne mittatur in **Napoli** et in **Sicilia**, ne maneant sine venditione exemplaria huius operis suis expensis editi. Continuatur huius interpretatio latina. Placet ediderit *Glorie di Maria* et *Visita al Sacramento*; ne tamen omittat edere etiam *Passione, Volontà di Dio e Preghiera*; nec opus contra materialismi et deismi cultores. De loco ubi edere oportet folium de *maledizione de' morti*. (2 p., 21 × 16 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 77-78.

032. *Nocera*, 07.10.1758. Epistula manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: post paucos dies mittit **Romam** ad **Giuseppe Agazzi** versionem latinam operis *Istruzione*. Potest iam typis mandare *Examen ordinandorum*, quia latine scriptum. Petit ut curam habeat de numeris in correctionibus missis. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 15 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 80-81.

033. *Nocera*, 15.10.1758. Epistula manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Cras mittet versionem latinam operis *Istruzione e Pratica*, simul cum *Novena di Natale*, ad **Giuseppe Agazzi Romae**. Mittet etiam opus *Massime eterne* ut typis iterum mandet; sed si nolit illa edere committet Domino **Antonio Zatta**. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 82.

034. ..., (11.1758). Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**, sine die nec loco: certiore eum facit de nuntio D.ni **Giuseppe Agazzi**: accepisse nempe *Compendio et libro di Natale* et misisse in **Venezia** per publicum tabella-

- rium. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 14 × 21 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 83.
035. *Nola*, 10.02.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, quando missionibus in *Nola* vacabat, ad **Giuseppe Remondini**: non committit ei primam editionem operum, quia secus non posset per se ipsum corrigere folia quae imprimuntur. Per D.num **Giuseppe Agazzi** mittet «il Libro della Morte», simul cum «il Libro della Preghiera». Sed postscriptum nuntiat se missurum primo «l'*Apparecchio alla morte*». Pro nova editione *Theologiae Moralis* parabit propositiones in aliquo exemplari iam editio. Scire vult quatenam sint propositiones damnatae in *Francia*, super quibus interrogabit etiam **PP. Jesuitas** in *Napoli*. Exspectat exemplaria operis *Istruzione e Pratica*, praesertim operis latini, pro Studentibus Congregationis. Mittit quoque aliquod addendum operi *examen ordinandorum*. (4 p., 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 85-87.
036. *Napoli*, 10.03.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Multo ante misit *Apparecchio alla morte*. Nondum accepit 100 exemplaria operis *Visita*, nuntiata. Habuit iam propositiones damnatas et Patri **Zaccaria** consensit suppressere tres propositiones. Gratias agit pro 50 exemplaribus operis *Istruzione* missis. Mittet opus (*Del gran mezzo*) *della preghiera*, per D.num **Agazzi**. Quaerit quis sit auctor operis *Lettera parenetica* contra **P. Piazza**. (4 p., 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 89-91.
037. *Nocera*, 05.04.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Misit iam librum «*della Preghiera*» per **Giuseppe Agazzi**. In *Napoli* collocutus est cum **P. Zaccaria**, qui suspicatur praetermitti a **Remondini** propter **P. Berti**. Parat novam editionem *Th. Moralis* (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 91.
038. *Nocera*, 12.04.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**: accepit omnia opera missa. Gratias agit. Potest mittere etiam in *Napoli* opus *Istruzione*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 92-93.
039. *Nocera*, 26.04.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: agit de nova editione *theologiae Moralis*; de *Pratica* latina; de opere *della Preghiera*, quod multum placuit Patri **Zaccaria**; de *Apparecchio della morte*. Gratias agit pro libris missis per **Matteo Cunandes** (**Fernandez** seu **Ernandes**) in *Manfredonia*. De **P. Zaccaria** et de **P. Berti**. (4 p., 21 × 16 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 93-95.
040. *Nocera?*, (.05.1759). Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: misit tex-

tum tertiae editionis *Theologiae Moralis* per Card. **Priuli** (Ep. dioces. **Vicenza**). Indicat modum typis mandandi *Moralem* et *dissertationem de libris prohibitis*, quam postea mittet. Gratias agit pro exemplaribus missis operis *Apparecchio alla morte*. D.nus **Stasi**, proprio Marte, edidit pessime *Visita* et *Glorie di Maria*, e quo ipse molestia afficitur. De *Pratica* latina et de opere *della Preghiera*. (4 p., 13 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 95-97.

041. *Nocera*, 05.07.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Misit textum correctum et auctum *theologiae Moralis* in **Napoli** per Fratrem, ut hic via maris ad Card. **Priuli** mittat. Propositiones in **Francia** damnatae castigatae sunt. De venditione librorum. Dolet quod typis nondum mandet opus *Glorie di Maria*. De *Visita*. Certiorem eum facit de opere in **Napoli** edita: «*Storia Nolana del P. Remondini, della Congregazione di Somasca*». (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 15 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 97-98.

042. *Nocera*, 01.08.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Nuntiat misisse *Dissertatio de iusta prohibitione et abolitione librorum nocuae lectionis*, per D. **Giuseppe Agazzi**, et indicat locum *Th. Moralis* ubi inveniari debet. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 14 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 99.

043. *Nocera*, 08.10.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, sed cum subscriptione, et ut videtur, cum *postscriptum* et inscriptione autographis **S. Alfonsi** ad **Giuseppe Remondini**: Petit explicationem de notitiis epistulae eius die 15 septembris datae. Quaeret apud D. **Auriscchio** num acceperit libros a **Remondini** missos. De editionibus sic dictis «piraticis» (4p., 20 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 100-101.

044. *Nocera*, 01.11.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**; Misit pecuniam ex venditione librorum per D.num **Auriscchio**. Ut melius vendantur libri oporteret eorum pretium minuere. Mittat quamprimum exemplaria operis latini *Pratica*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 15 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 102.

045. *Nocera*, 14.11.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: indicat correctiones faciendas in textu *Theologiae Moralis* quae typis cuditur (4a ed.), quoad sententiam de occisione iniusti invasoris, propter difficultates **Jesuitarum** in **Portogallo**. Expectat anxie *Istruzione latina*. Quaerit num habeat opus **Cornelii a Lapide**. *In eo est ut concludat librum «Selva per esercizi ai preti»*. (2 p., 15 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 103-105.

046. *Nocera*, 12.12.1759. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Certior factus est de 500 exemplaribus operis latini *Istruzione* missis, quorum 50 in donum, per D.num **Ernandez (Fernandez)** de **Manfredonia**. Se inscio, typis mandantur sua opera in **Napoli**, quod fieri impedire nequit. **D. Stasi** edit proprio marte *Istruzione e Pratica*. Difficile est in **Napoli** obtinere privilegium pro opusculis. (4 p., la. cum foramine; 3a, alba. 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 105-106.
047. *Nocera*, 17.01.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum verbis «volti la carta» et subscriptione autographis **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Exemplaria operis latini *Istruzione* sunt in **Manfredonia**, nondum vero in **Napoli**. In posterum committit Patri **Girolamo Ferrari**, C.SS.R., vendere libros, ad quem mittendae sunt litterae, quia ipse totus in gubernium Congregationis et in missiones incumbere debet. **D. Stasi** proprio marte typis mandat *Istruzione*, quoposito, aliqua addenda huic dedit, sed mittet in **Venezia** exemplar. Opus «Selva» quasi conclusum est: id mittet per **D. Agazzi**. (4 p., quarum 3<sup>a</sup> alba; 15 × 21 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 106-107.
048. *Nocera*, 06.02.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Misit duo addenda in *Theologia Morali*. Nondum accepit opus *Istruzione*. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3a albae; 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 109.
049. *Nocera*, 08.04.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Exspectat quotidie exemplaria operis *Istruzione*, quae sunt in **Manfredonia**. **P. Ferrari** mittet pecuniam venditionis. Opus *Selva* mittitur per D.num **Agazzi** (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 109-110.
050. *Nocera*, 24.05.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: accepit 150 exemplaria operis latini *Istruzione*, sed corrector operis imperitus fuit: opus plenum est erroribus. Opus *Selva* missum est per **D. Agazzi**. **P. Ferrari** rescribet quoad venditionem operum. *Istruzione* itala, typis cusa a **Stasi** et **Migliaccio** mox in lucem prodibit et statim exemplar mittet cum aliis addendis. Nondum accepit opuscula missa: cordi habet praesertim id cuius inscriptio: «Assistenza a' moribondi». (4 p., 15 × 21 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 112-114.
051. *Nocera*, 19.06.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: De venditione operis latini *Istruzione*; exspectat opus *Glorie di Maria*, et novam editionem neapolitanam operis itali *Istruzione*. Opus pro monialibus iam typis cuditur. Manu scripta operum non mittit in **Venezia**, quia secus nequit ipse per se ipsum textum corrigere et mutare si opus sit. (2 p., 15

× 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 114-115.

052. *Nocera*, 02.07.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Editio DD. **Stasi** et **Migliaccio** operis *Istruzione* in lucem prodit et nunc parat addenda, quibus factis, mittet exemplar ad eum pro nova editione **Venetiarum**, dummodo corrector sit diversus ab eo qui opus latinum *Istruzione* emendavit. Mittet per D. **Agazzi** (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 14 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 115-116.

053. *Nocera*, 24.07.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: iam **Romam** misit editionem neapolitanam auctam et emendatam operis *Istruzione*, etsi ex hoc molestia afficiantur **Migliaccio** et **Stasi**. Statim ac in lucem prodeat mittet opus pro monialibus, quod «tra le opere mie spirituali, questa è la più bella e la più faticata...» (4 p., 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 117-118.

054. *Nocera*, 28.08.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: De opere italo neapolitano *Istruzione* misso per D. **Agazzi**: quando habebit novam editionem **Venetiarum** huius operis, poterit eadem addere operi latino ut alia editio huius fiat. P. **Ferrari** febricitat. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 118-119.

055. *Napoli*, 04.10.1760. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini** in **Venezia**: Patri **Ferrari** commisit corrigere errores editionis **Venetiarum** operis *Istruzione (Homo Apostolicus)*. Mittat exemplaria vendenda etiam librariis **Neapolis**. Statim ac in lucem prodeat primum volumen operis pro Monialibus, quod typis cudit **Stasi**, mittet per D. **Agazzi**. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 14 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 120-121.

056. *Nocera*, 16.01.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Gio: Battista Remondini**: iterum de opere *Istruzione e Pratica* italo et latino. Quando in lucem prodibit alterum volumen operis pro monialibus, id mittet. Sed pauca tantum folia typis mandata sunt a **Stasi**: «Questi librari nostri sono tutti pezzenti... hanno ristampato l'opere mie di cartaccia ordinaria, e le vendono per niente». Salutatur P. (**Giovanni Domenico**) **Mansi** et gratias agit pro eius opere *Epitome* (doctrinae moralis et canonicae ex operibus **Benedicti XIV** depromptae). (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 1.5 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 121-122.

057. *Nocera*, 07.05.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione et nota in 4a. pag. autographis **S. Alfonsi** ad **Gio: Battista Remondini**: accepti libros e **Manfredonia**; P. **Ferrari** de venditione curabit.



In lucem prodiit alterum volumen operis pro Monialibus, quod simul cum aliis opusculis novissimis mittet. Librarii neapolitani petunt privilegium edendi et vendendi opera sua. Concessit quoad edendum in **Napoli**; non vero quoad vendenda opera extra **Napoli** edita. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 13 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 123-124.

058. *Nocera*, 26.05.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Gio: Battista Remondini**: misit alterum volumen operis pro Monialibus per D.num **Agazzi**. Quaerit de *Istruzione* itala quae iterum typis cuditur. (2 p., 13 × 20 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 124.

059. *Nocera*, 04.06.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, sed cum paragrapho et subscriptione autographis **S. Alphonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: Iam misit opus pro Monialibus. Gaudet de nova editione operis *Istruzione e Pratica* in 3 volumina. Accepit folium propositionum damnatarum (de probabilismo), sed opera sua, ut scripsit etiam ad **Stasi**, non sunt prohibita. Quaerit num velit omnia sua opera spiritualia in unum vel duo volumina edere, ut alia opera mittat. (Addit propria manu:) scit ex epistula eius nondum accepisse primum volumen operis pro Monialibus ante 7 aut 8 menses missum. Propterea per Fratrem in **Napoli** iterum duo volumina mittet ad D.num **Agazzi Romam**, a quo ea petat. Quaerit num velit iterum *Pratica latina* typis mandare, ut paret textum. (4 p., 19 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 125-127.

060. *Nocera*, 05.06.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: repetit aliqua ex scriptis in epistula praecedenti, quoad opus pro Monialibus, libros acceptos, de quibus vendendi curam habet **P. Ferrari** et quoad novam editionem operis *Pratica latina*. (2 p., 20 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 127-128.

061. *Nocera*, 08.06.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: litteras mittat per **Nocera**, non per **Napoli**. Petit exemplar ultimae editionis operis itali *Istruzione*, ut in eo possit parare textum pro editione latina, mittendum non via **Manfredonia**, sed per **Giuseppe Agazzi** et huius fratrem, **Pium Operarium**. **P. Ferrari** abest. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 20 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 128-129.

062. *Nocera*, 13.07.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, sed cum ultimo paragrapho post scriptum et cum subscriptione autographis **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: explicat opus pro Monialibus misisse ad D. **Agazzi** per sacerdotem **Pium Operarium** qui iter faciebat **Romam**. Aduit error in inscriptione epistulae missae ad **Agazzi** et ad eum. De *Istruzione latina*. De suo probabilismo: viam medii sequitur. Rejicit aliquas opiniones **Jesuitarum**. Laudatus est a **Benedicto XIV**. De opere **P.**

**Patuzzi:** «*Esposizione sulla dottrina ecc.*». De editione in unum omnium operum asceticorum. (4 p., 21.5 × 16 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 129-131.

063. *Nocera*, 20.07.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, in qua tamen subscriptio deest, **S. Alfonsi** ad **Gio:Battista Remondini**: Misit via *Castellammare* sequentia opera: pro Monialibus (*La Monaca Santa*); *Messa strapazzata*; *Modo di predicare*; *Pregghiera* (prima pars); *Meditazioni e riflessioni*; *Istruzione latina (Homo Apostolicus)* parata ad novam editionem. Quoad hanc explicat modum quo fieri debet a duobus peritis correctio foliorum typis cusorum. (4 p., 23 × 16 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 132-133.

064. *Nocera*, 05.09.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum paragrapho intra epistulam et subscriptione autographis **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: mittit duo addenda in locum eorum quae leguntur in *Homo Apostolicus* et indicat modum quo fieri debet mutatio. Accepit epistulam a D. **Matteo Hernandez** (Fernandez), in qua agit de libris missis. Parat editionem operum omnium. (4 p., 23 × 16 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 134-136.

065. *Nocera*, 08.11.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Maria Remondini**: Quaerit num acceperit opera ad eum missa. Typis cudere fecit folium inserendum in primo volumine operis *Istruzione e Pratica*. P. **Ferrara** ad eum scribet. (4 p., 23 × 16 cm., deterius factum).

*Ed. Lettere*, III, 137-138.

066. *Nocera*, 13.12.1761. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: dolet quod nullam responsionem ab eo habeat, quapropter a D.no **Aurisicchio** petiit notitias. Nunc per ipsum hanc misit epistulam ad petendum ut certior fiat de libris quos multo ante ad eum misit. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 138-139.

067. *Nocera*, 21.01.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, sed sine ulla subscriptione **S. Alfonsi** ad **Gio:Battista Remondini**: Gaudet de epistula accepta per D.num **Aurisicchio**. Non sunt acceptae epistulae eius, ob latronem qui epistulas sibi inscripta furatur. Petit ut expectet addenda operi *Homo Apostolicus*, antequam continuet impressionem. Quoad imaginem suam depictam, nec loquatur in vita sua. Opus typis cudatur saltem in 4<sup>o</sup> non autem in-folio. De vita P. **Gennaro Sarnelli** et Fr. **Vito Curzio** quam addidit in tertio volumine. Et de vita P. **Paolo Cafaro** addenda. (4 p., 21 × 16 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 140-143.

068. *Nocera*, 27.01.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: mittit addenda operi *Homo Apostolicus*, indicans locum et modum ea inserendi.

- Parata habet omnia opera spiritualia typis mandanda. Quaerit quando velit ut mittantur. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 20 × 13 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 144-145.
069. *Nocera*, 19.02.1762. Epistula manu scripta, saltem partim (ultimus paragraphus) autographa **S. Alfonsi**, a quo manu propria subscribitur, ad **Gio:Battista Remondini**: De epistulis acceptis, una per **Auriscichio**. Iterum de addendis operi *Homo Apostolicus*, ac de eius impressione: oportet ut periti sint compositor et corrector foliorum. De edendis operibus omnibus. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 146-147.
070. *Nocera*, 24.02.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, et in fine cum paragrapho autographo Patris **Girolamo Ferrari**, ad **Gio:Battista Remondini**: accepit epistulam per D.num **Auriscichio**, per quem ceterae epistulae mittantur. Includit alia addenda operi *Homo Apostolicus*. Maneant extra opera omnia spiritualia «l'Opera delle *Monache* e quella degli *Esercizi a' preti*». Indicat locum et modum imprimendi Indicem operum. De operibus *Verità della fede* et *Vite trium (Sarnelli, Curzio, Cafaro)*. Nuntiat epistulam P. **Ferrari**, qui in eodum folio scribit ultimum paragraphum, sine subscriptione. (4 p., 20 × 14 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 147-150.
071. *Nocera*, 26.03.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: certiorum eum facit de sua nominatione ad episcopatum in **S. Agata dei Goti**, et indicat locum quo epistulae mittendae sunt. Si accepit omnia addenda, potest incipere impressionem operis *Homo Apostolicus*. Mittet opera iam parata typis mandanda cum ceteris operibus spiritualibus. (4 p., 14 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 150-151.
072. *Napoli*, 10.04.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: Epistulae ad se **Romam** mittantur; epistulae ad P. **Ferrari** in **Nocera**. Quamprimum typis cudatur *Homo Apostolicus*: opus ab omnibus suis sacerdotibus et alumnis Seminarii emendum (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 20 × 14 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 151-152.
073. *Roma*, 22.05.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Gratias agit pro gratulationibus. Misit e **Roma** per D.num **Giuseppe Agazzi** opera spiritualia primi et secundi voluminis novae editionis. De *Homo Apostolicus* rite edendo. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 153-154.
074. *S. Agata*, 30.07.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: certiorum

rem eum facit de suo novo domicilio in **S. Agata**: sed epistulae mittantur in **Napoli**. Epistulae vero ad **P. Ferrari** in **Nocera**. Quaerit num acceperit opera e **Roma** missa. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 20 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 154-155.

075. *S. Agata*, 06.09.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, sine subscriptione **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: gaudet de epistula accepta et nuntio de libris e **Roma** missis. **P. Ferrari** in transitu per **S. Agata** epistulam legit. Exspectat ut citius in lucem prodeat *Homo Apostolicus*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 20 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 155-156.

076. *S. Agata*, 05.10.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum nota marginali et subscriptione autographis **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini** (deest folium inscriptionis): quaerit num in lucem prodierit *Homo Apostolicus*, et si nondum prodierit, quid sit scribendum in fronte operis et quomodo apponendum sit nomen auctoris. (2 p., 20 × 13 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 156-157.

077. *S. Agata*, 15.10.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: Petit ut incipiat typis mandare sua opera omnia spiritualia et ut citius in lucem prodeat *Homo Apostolicus*. Operi *Esercizi a' preti* adnexit: *Riflessioni utili ai vescovi...* et *Regolamento de' Seminari*. Post scriptum addit paragraphum circa venditionem librorum, manu propria, **P. Girolamo Ferrari**, qui subscribit (scribit **Ferrari**). (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 20 × 14 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 157-159.

078. *Arienzo*, 18.11.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: gaudet de bene composita fronte operis *Homo Apostolicus*, sed dolet de modo quo addita sunt correctiones et addenda in fine et non in proprio loco operis. Prima operis *Verità della Fede* editio fit in regno. Opera omnia spiritualia non sunt typis cudenda *in folio*, sed in 4<sup>o</sup> aut 12<sup>o</sup>, sicut sunt opera auctorum, uti **Granata**, **Segneri**, **Zucconi**, **Nieremberg**, **Pinamonti**, **S. Francesco di Sales**. Imago sua depicta «non serve a niente». (4 p., 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 159-162.

079. *Arienzo*, 27.11.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Gio: Battista Remondini**: dolet quod nolit novam editionem operis *Homo Apostolicus* facere, nisi prius venderit 500 exemplaria praecedentis, cum agatur de opere erroribus pleno, quod non dabit suis sacerdotibus et alumnis Seminarii. Iterum de opere *Verità della fede*. Epistulam misit ad **P. Ferrari**. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 162-163.

080. *Arienzo*, 27.12.1762. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum

subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **GiovanBattista Remondini**: gaudet de nova editione operis *Homo Apostolicus*, quam nuntiat, ac de editione operum omnium. Mittet: *Verità della fede; Vita del P. D. Paolo Cafaro*, «vita ammirabile di un grand'operario e servo di Dio»; *Breve Dissertazione sull'uso moderato dell'opinione probabile*. De imagine depicta sua non est loquendum. (4 p., 20 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 164-166.

081. *S. Agata*, 05.05.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Explicat moram in mittendis operibus tertii voluminis operum omnium spiritualium. Certior fiat de progressu impressionis operis *Homo Apostolicus*. (4 p., maculosae; 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 166.

082. *Arienzo*, 12.06.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Gio: Battista Remondini**: proponit novam editionem *Theologiae Moralis*, in qua nulla mentio fiat de **Busenbaum** et supprimatur quae **P. Zaccaria** scripsit. Opus *Verità della Fede* approbationem habuit. Miratur de mora editionis operis *Homo Apostolicus*. (4 p., deteriores factae; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 167-169.

083. *Arienzo*, 15.06.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: De nova editione *Theologiae Moralis* sine **Busenbaum**: parabit textum, adiuvantibus duobus Patribus Congregationis. Addenda quae petit componi non possunt nisi postquam habuerit novam editionem operis *Homo Apostolicus*. Opus *Verità della fede*, in promptu est et sequenti hebdomade mittet. (4 p., deteriores factae; 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15cm.).

*Ed. Lettere*, III, 169-171.

084. *Arienzo?*, (.07.1763). Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, sed sine loco nec die, ad **Gio: Battista Remondini**: Mittet addenda *Theologiae Morali*, edendae sicut antea, sed mutatis quae indicat. Interea parabit textum omnino suum, sine **Busenbaum** nec **Zaccaria**. Mox mittet opera spiritualia edenda ut tertium volumen. Impedire non potest librarios neapolitanos ab typis cudendis operibus suis. Mittat exemplaria operis *Homo Apostolicus* Patri **Ferrari** pro nostris Studentibus. Ipse aegrotabat. (4 p., deteriores factae; 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 171-173.

085. *Arienzo?*, (.07/08.1763). Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, sed sine loco, die nec inscriptione, ad (**Giambattista Remondini**): Misit opera spiritualia quae deerant, et cum iis opus *Verità della Fede* et addenda operi *Del gran mezzo della preghiera*. Quamprimum parabit novum textum *Moralis* sine **Busenbaum**, adiuvantibus confratribus. Nunc adhuc aegrotat. (4 p., quarum prima

- tantum scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 173-174.
086. *Arienzo?*, (.07.1763). Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, sed sine loco nec die, ad **Gio: Battista Remondini**: Iterum de operibus spiritualibus tertii voluminis. Misit quoque *manu scriptum* vitae **P. Cafaro**. De nova editione *Theologiae Moralis*. De Dissertatione circa *Comunionem frequentem* a suis confratribus conscripta (**P. Alessandro de Meo**). (4 p., deteriores; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 174-176.
087. (*Nocera*), (.08.1763). Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, sine die, ad **Gio: Battista Remondini**: morbi causa venit in **Nocera**. Parare textum omnino novum *Theologiae Moralis* multum tempus requirit. Fiat nova editio cum **Busenbaum**. Mittet addenda. (4 p., 21 × 14 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 176-178.
088. *Nocera*, 26.08.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: De editione omnium operum spiritualium. In opere *Verità della Fede* corrigendus est error, quem indicat. Parantur addenda et corrigenda *Theologiae Moralis*. Quaerit num velit typis mandare novum opusculum: «*Il Confessore diretto per le confessioni della gente di campagna*», simile operi quod inscribitur: *IL Confessore di terre e villaggi*, (scriptum a **Giuseppe Iorio**). Addit *postscriptum* manu propria, **P. Girolamo Ferrari** de pecunia mittenda. (4 p., consumptae; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 178-180.
089. *Nocera*, 01.09.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: repetit dictum in praecedentibus epistulis: nescit adhuc num acceperit opera spiritualia missa; quoad novam editionem *Theologiae Moralis*, maneat *Prolegomena* **P. Zaccaria** et *Epitome* **P. Mansi**. Quaerit num velit ut mittantur omnia addenda simul. Iussit novam editionem in *Napoli* operis itali *Istruzione e Pratica*. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 180-182.
090. *Nocera*, 21.09.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: certior eum facit de correctionibus et addendis primi voluminis *Theologiae Moralis* conclusis et quaerit num velit ut mittantur eo fine ut incipere possit impressionem primi voluminis. Urget impressionem opuscoli *Il Confessore diretto*. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 182-183.
091. *Arienzo*, ...10.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: dolet quod nondum acceperit opera spiritualia et explicat causam. Misit opu-

sculum *Il Confessore diretto* per publicum tabellarium; et mittet quamprimum omnia addenda primi voluminis *Theologiae Moralis*. Tractatus *De Conscientia* est totus novus. (4 p., 1 folium cum *postscriptum* insertum; 22 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 184-186.

092. *Arienzo*, 14.10.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum *postscriptum* et subscriptione autographis **S. Alfonsi**, sine inscriptione (ad **Giambattista Remondini**): De *Il Confessore diretto* typis cudendo: apponantur approbationes ecclesiastica et regia. Gaudet de acceptis operibus. De *Theologia Morali*. (4 p., 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 186-188.

093. *Arienzo*, 24.10.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Per amicum et D.num **Giuseppe Agazzi Romae**, mittet omnia simul addenda *Theologiae Moralis*. Urget iterum impressionem opusculi *Confessore diretto*. Exspectat *Homo Apostolicus*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 189-190.

094. *Arienzo*, 25.10.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: mittit addenda et explicat modum agendi, ea sc. annectendo in libro *Theologiae Moralis* editionis 4ae **Bononiae** anni 1760, eo loco ubi esse debet, ut compositor, qui sit peritus oportet, melius vitare possit errores. Non omittere *Prolegomena P. Zaccaria* et *Epitome P. Mansi*. Mittit simul iterum opusculum *Confessore diretto*. (4 p., 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 190-192.

095. *S. Agata*, 13.11.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Gaudet quod acceperit opera spiritualia; dolet quod nondum acceperit opusculum *Confessore diretto*, quod iterum mittet per **Giovannantonio Moschini** e **Napoli**. Quaerat a D.no **Agazzi** addenda *Theologiae Moralis* iam missa. (4 p., 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 192-193.

096. *S. Agata*, 02.12.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: addenda *Theologiae Moralis* et opusculum *Confessore diretto*, quia nondum missa erant **Romam**, nunc misit per **Giovannantonio Moschini**. Mittat Patri **Ferrari** exemplaria operis *Istruzione*; exspectat *Homo Apostolicus*, opus quod diffundendum est ubique. (4 p., 1<sup>a</sup> lacera, 3a. alba; 23 × 16 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 193-195.

097. *S. Agata*, 20.12.1763. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: Gratias agit pro libris in donum missis: *Bibbia* (**Duhamel** = **Giovanni Battista du**

**Hamel**), 50 *Homo Apostolicus* et 100 *Meditazioni*, in 24°. Quos petet a D.no **Ernandez**. Misit iam addenda *Theologiae Moralis* et opusculum *Confessore diretto* per D.num **Moschini**. Nunc includit duo huic operi addenda. Urget editionem operum spiritualium («Opera grande o sia *Raccolta delle opere spirituali*). (4 p., consumptae; 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 195-196.

098. S. *Agata*, 19.01.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Mittit unum addendum *Theologiae Morali*. Epistula originalis incipit: «Da molto tempo **che** non ricevo...». Editor vero epistulae omittit particulam **che**. (4 p., quarum tantum prima scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 196-197.

099. S. *Agata*, 29.01.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giambattista Remondini**: exemplaria operis *Homo Apostolicus* sunt in **Manfredonia**. Expectat editionem operum omnium spiritualium post *Theologiam Moralem*. Scripsit opusculum *Risposta Apologetica ad una lettera d'un Religioso circa l'uso dell'opinione egualmente probabile*, quod mittet ut typis mandetur in fine libri *Confessore diretto*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 22 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 197-198.

100. S. *Agata*, 14.02.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Mittit *Risposta Apologetica*. Scripsit ad **Matteo Ernandez**, sed hic nondum rescribit. (4 p., 1<sup>a</sup> scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 198-199.

101. S. *Agata*, 17.02.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: indicat correctionem faciendam in *Theologia Morali*. (4 p., 1<sup>a</sup> scripta; 21 × 15 cm.).  
**Ed. Lettere**, III, 199-200.

102. S. *Agata*, 01.03.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: indicat quid corrigendum sit in fronte operis *Confessore diretto*. Dolet quod typis mandaverit textum praecedentem *Theologiae Moralis*, sine additamentis et mutationibus omnibus missis et quod e fronte expunxerit mentionem **P. Busenbaum**. Opera in **Manfredonia** segregata sunt per spatium 40 dierum. **Ernandez** non respondet. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 200-202.

103. S. *Agata*, 26.03.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Exemplaria operis *Homo Apostolicus* sunt iam in **Napoli**, sed ut scripsit **P. Ferrari** pretium libri nimium est. Expectat, ut promittit, editionem novam *Theologiae Moralis*. Parat alia duo opera. (4 p., 20 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere* III, 203-204.



104. S. Agata, 31.03.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: indicat quomodo inserenda sint additamenta in 5<sup>a</sup> editione facta et in 6<sup>a</sup> facienda *Theologiae Moralis*. Petit ut quamprimum mittantur sibi responsio Patris **Patuzzi** ad suam *Dissertationem et Risposta Apologetica*, ut si sententiam eius veram demonstret, suam retractet, secus iterum defendat. Confratres PP. **Patuzzi** et **Berti**, suam sententiam sustinent. Petit ut det legendum suum opus *Risposta apologetica* Patriarchae **Venetiarum (Giovanni Bragadino)**. (4 p., 20 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 204-206.
105. S. Agata, 07.05.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Libri sunt iam in **Napoli**. Communicabit cum P. **Ferrari** quod scribit. Venditio librorum hoc tempore difficilis est. Pretium operis *Homo Apostolicus* nimium est. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 206-207.
106. S. Agata, 21.05.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Scribit P. **Ferrari** libros vendi non posse usque ad proximam fructuum perceptionem, ob summam annonam praesentis temporis: in regno hucusque fame morti sunt 200.000. Nimium est pretium operis *Confessore diretto*. Gaudet de proxima editione *Theologiae Moralis*. Suum opus *Risposta apologetica* lectum est a pluribus Cardinalibus et a Papa, qui «l'avea gradita infinitamente». Legit libros Latinos P. **Patuzzi**. Petit ut nova editio *Theologiae Moralis* fiat in 4<sup>o</sup> (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 207-209.
107. S. Agata, 03.06.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, sine inscriptione, ad (**Giambattista Remondini**): mittit alia additamenta pro nova editione *Theologiae Moralis*. Accepit opusculum *Confessore di campagna (Confessore diretto)*, sed dolet quod in fine adnexum sit opusculum *Risposta apologetica*, in lingua latina. Pretium libri nimium est, quapropter difficulter vendetur. Etiam eadem de causa difficile est Patri **Ferrari** libros vendere. Legit opera P. **Patuzzi** «e sono belle assai». (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 209-211.
108. S. Agata, 08.06.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Petit ut mittantur statim ac imprimuntur folia operis **Patuzzi** («La causa del probabilismo... convinta di falsità da **Alfonso Dositeo**») qui «sta alta la mano, mentre comincia a parlare di falsità prima di cominciare a parlare». De venditione operum *Homo Apostolicus* et *Confessore di campagna (diretto)*. Quoad libros Patri **Ferrari** concreditos, conveniat cum eo. (4 p., 20 × 14 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 212-213.

109. *Frasso?*, 01/03.07.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Respondet ad eius epistulam die 09.06 datam, e loco ubi invenitur visitationis pastoralis causa. (Die 3 julii concludebatur visitatio in **Frasso**). Misit iam ante Visitationem alia additamenta. Gaudet de proposito typis cuedendae in 4<sup>o</sup> *Theologiae Moralis*. De venditione librorum, repetit dictum in epistula praecedenti. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 213-214.
110. *Frasso*, 13.07.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alphonsi**, ad **Giambattista Remondini**: accepit folia operis **P. Patuzzi**: rationes eius non convincunt; alii e contra, ut Abbas **Virginiano de Aquila**, lecta sua *Dissertatione*, ad suum systema morale defendum transierunt, contradicentibus confratribus Ordinis Praedicatorum. Ipse tamen solum defendit veritatem. De nova editione operis *Confessore diretto*. Iterum de venditione librorum. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 215-216.
- 110bis *Arpaia*, 31.07.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: accepit alia folia impressa operis **Patuzzi**; exspectat cetera. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 217.
111. *Arpaia*, 14.08.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: scivit D.num **Moschini** mortuum esse in **Napoli**. Mittit iterum additamenta pro nova editione *Theologiae Moralis*. Exspectat cetera folia nuntiata operis **Patuzzi**. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 217-218.
112. *Arienzo*, 18.08.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Exspectat adhuc cetera folia impressa operis **Patuzzi**. Parat responsonem, et quaerit num velit hanc adere eius sumptu, quia secus eam typis mandabit suo sumptu, etsi prima exemplaria imprimere faciet in **Napoli** ut possit per se ea corrigere. Scire vult quinam sint qui, lecto opere **P. Patuzzi**, hunc non approbant. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 218-220.
113. *Arienzo*, 19.09.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Petit responsonem ad epistulam praecedentem. Includit folium cum elencho 18 voluminum operis S. Thomae, ut ea quae desunt mittat in domum Congregationis. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettres*, III, 220-221.

114. *Arienzo*, 23.09.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: accepit folia quae deerant operis **P. Patuzzi**. Quaerit iterum de impressione suae responsionis ad **Patuzzi** inscriptae *Apologia...* Accepit nuntium de *Officiis Cisterciensibus* missis. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 222-223.
115. *Arienzo*, 28.09.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, sine subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Gratias ei agit pro responsione. Mittet folia sui opusculi *Apologia della mia Dissertazione*, statim ac imprimantur in **Napoli**. Scit hucusque exemplaria operis **P. Patuzzi** solummodo Cardinali et Comiti **Grossi**, missa esse. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 223-225.
116. *S. Agata*, 31.10.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad (**Giambattista Remondini**): indicat quomodo imprimendum sit suum opus «*Apologia*». Mittit frontem operis et *Avviso a chi legge*. Exspectat editionem novam *Theologiae Moralis*. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 225-227.
117. *S. Agata*, 10.11.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Communicet num acceperit folia ultima operis *Apologia*. Petit *Supplementum* operis *Biblioteca*, scripti a **P. Ferraris** et editi a **Storti** in **Venezia** a. 1763. (4 p., 1<sup>a</sup> scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 227-228.
118. *S. Agata*, 14.11.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Petit mutationem inscriptionis libri *Apologia*, in qua scripserat nomen **Giov. Vincenzo Patuzzi**, quod expungendum est et in eius locum scribendum **Adelfo Dositeo**. Quaerit num acceperit folia ultima et num inceperit impressionem *Theologiae Moralis* et *Operum omnium spiritualium*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 228-229.
119. *S. Agata*, 30.11.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: PP. Ordinis Praedicatorum (**Domenicani**) omnia movent ut prohibeatur ingressus sui operis *Apologia* in Regnum. Mittat tantum 200 exemplaria, et iubeat **Matteo Hernandez** in **Manfredonia** illa tradere parochi loci, **Scipione Sabatelli**, minime vero in telonium (dogana) neapolitanum mittere. «Siamo ridotti a questi tempi così miserabili che neppure uno può difendersi». (4 p., cum foramine; 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III 229-230.

120. S. Agata, 21.12.1764. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Confirmat prohibitionem operis *Apologia* in **Napoli** et repetit modum agendi in hoc casu, in praecedenti epistula indicatum. Mittat libere in **Sicilia** exemplaria huius operis. Expectat libros **S. Thomae** et *Supplementum P. Ferraris*. De libris venditis. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 230-232.
121. S. Agata, 10.01.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Indicat correctionem faciendam in *Apologia*. Commendat ut hoc opus diffundat ubique: mittat in **Sicilia**, **Roma**, **Lucca** et etiam in **Napoli** clam per fidos librarios, ut **Domenico Terres**, non autem **Stasi**, qui edidit libellum *P. Patuzzi*. Mittet alium additamentum pro nova editione *Theologiae Moralis*. (4 p., 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 232-233.
122. S. Agata, 24.01.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Mittit additamentum, de quo in epistula praecedenti. Petit ut mittat plurima exemplaria operis *Apologia* in **Roma**. Dimicatio PP. **Dominicanorum** contra *Apologia*, huius diffusioni proderit. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 234-235.
123. S. Agata, 31.01.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Petit ut corrigatur error in opere *Apologia*, de quo dictum est in epistula 10.01. Scribet ad D.num **Matteo Hernandez** de 200 exemplaribus tradendis parochi **Scipione Sabatelli**. Mittat alia duo exemplaria *Supplementi* operis *Biblioteca P. Ferraris*. Conatur obtinere approbationem regiam operis *Apologia*. (4 p., 21 × 16 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 235-236.
124. S. Agata, 07.02.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: volens opus *Apologia* Summo Pontifici nuncupare, mittit formulam imprimendam. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 237.
125. S. Agata, 15.03.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Gratias agit pro 200 exemplaribus operis *Apologia*, cuius pretium mittet. Parat dissertationem addendam *Theologiae Morali*, de *Ignoranza invincibile*. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 241.
126. S. Agata, 03.04.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Respondet ad eius epistulam: certiore eum facit de sua valetudine; explicat

- quare minatus est recursum ad alium editorem, nisi citius typis mandat novam editionem *Theologiae Moralis* et Operum asceticorum; petit folia, statim ac imprimantur, novae responsionis P. **Patuzzi** ad *Apologia*, qui praetermittit respondere primum operi D. **Bartolomeo Corrado** de *Bulla Unigenitus*, in quo Patrem **Patuzzi** haereticum declarat. Placet correctio tituli Cardinalis **Galli**. Brevem dissertationem de ignorantia invincibili mittet postea per D. **Moschini** aut D. **Aguzzi Romae**. Forsitan post Pascha habebit regiam approbationem operis *Apologia*. (4 p., 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 242-244.
127. S. *Agata*, 15.04.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Habuit approbationem regiam opus *Apologia*: mittat exemplaria libere in Regnum, et in **Sicilia**, **Roma** et **Lucca**. Petit pretium librorum **S. Thomae** et *Compendii* P. **Ferraris**. Gaudet de nova editione quae fit operis *Vera Sposa di Gesù Cristo*. Accepit folium P. **Patuzzi**. Dissertationem *Ignorantia...* dedit D. **Moschini**. (4 p., 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 244.
128. S. *Agata*, 25.04.1765. Epistula originalis manu amanuensis, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: Mittit *Monitum*, in quo exponitur *Decretum S.C. Generalis Inquisitionis Romanae*, conditum anno 1761, circa usum opinionum probabilem, addendum *Theologiae Morali*. (4 p., 1<sup>a</sup> scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 247-248.
129. S. *Agata*, 03.05.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: certiorum eum facit de non acceptis adhuc foliis impressis nuncupationis operis *Apologia*, nec aliis foliis novae responsionis P. **Patuzzi**, ac de petitionibus operis *Apologia* e **Roma** e **Sicilia**. (4 p., deteriores; 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21.5 × 15.5 cm.). Cfr. *Infra* nn. 478 et 479.
- 129bis S. *Agata*, 06.05.1765. Epistula cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giambattista Remondini**, in qua nuntiat se accepisse librum suum *Apologia* et *Compendium* (Supplementum) P. **Ferraris**. Originale conservatur in Bibliotheca Universitatis communalis in **Amsterdam**. Nondum invenitur apographum huius epistulae in AGHR.  
*Ed. SH* 13 (1965) 10, n. 8.
130. S. *Agata*, 02.06.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio: Battista Remondini**: petit pretium librorum acceptorum, et folia quae desunt P. **Patuzzi**. Nunc scribit *Appendicem* quamdam contra impugnationem libri *La Regola de' costumi* (**Gabriele Gerberon** OSB) addendam suo libro *Apologia*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 22 × 16 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 251-252.

131. S. Agata, 26.06.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Accepit novam responsionem P. **Patuzzi** («le cose che dice son tutte frasche»); in *Appendice operis Apologia* confutabit confutandum. Mittit pecuniam librorum venditorum. Petit alia 300 exemplaria sui operis *Apologia*. Urget novam editionem *Theologiae Moralis*. (4 p., lacerae; 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 252-254.
132. Airola, 01.07.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Accepit secundam Responsionem P. **Patuzzi**, in scriptam *Osservazione*: respondet ad eam in *Appendice*. Misit pecuniam per D. **Moschini**. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 254.
133. Airola, 02.07.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Iterum gratias agit pro acceptis «*Osservazioni*» P. **Patuzzi**, et petit alia 200 exemplaria sui operis *Apologia*, et si editum sit in **Venezia**, opus e gallica lingua in italam versum: «Principi dimostrabili della religione cristiana». (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 255.
134. S. Agata, 08.07.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: certiorum eum facit de pecunia missa a se et a P. **Ferrari** et iterum petit 200 exemplaria sui operis *Apologia*. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 256.
135. S. Agata, 01.08.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Si iterum typis mandavit *Vera Sposa di Gesù Cristo*, mittat plurima exemplaria in **Napoli**. Dicat si velit iterum edere opus italicum in 3 volumina *Istruzione e Pratica*, ut mittat ei exemplar editum in **Napoli** cum novis additamentis et correctionibus. *Appendicem* adnectendam *Apologiae* misit, sicut et pecuniam per D. **Moschini**. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 259-260.
136. S. Agata, 04.09.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: gaudet de proximitate novae editionis *Theologiae Moralis*, quam videre cupit ante suam mortem. Mittet opusculum manu scriptum contra librum «*Confidenza cristiana*» (cfr. infra n. 918). Fecit imprimere iterum in **Napoli** opus *Apologia*, sed renovatum («*Dell'uso moderato dell'opinione probabile*»): mittet exemplar. Cardinalis **Feroni** (Praefectus S.C. Rituum) scribit hoc opus **Romae** multum desiderari. De operibus: *Principi dimostrabili, Vera Sposa, Istruzione* volgare, *Le Glorie di Maria*. Mutavit aliquantum Dissertationem operi *Confessore diretto* adnexam, antequam inseratur in

novam editionem suae *Theologiae*. (4 p., 21.5 × 15.5 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 260-263.

137. *S. Agata*, 15.09.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Gio:Battista Remondini**: De nova *Dissertatione* de qua in epistula praecedenti, quam mittet cum elenchis propositionum. De venditione librorum. (4 p., 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 263-265.

138. *Arienzo*, 06.11.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Mittit dissertationem renovatam *De usu opinionis probabilis*, ut sufficiatur in locum iam editae. Quam novam dissertationem magni aestimat. Mittit simul elenchum propositionum revocatarum. (4 p., deteriores; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 267-268.

139. *Arienzo*, 17.11.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Indicat modum mittendi libros, quorum accepit *Apologia* et *Principi dimostrabili*. De venditione librorum. De cura habenda in impressione *Theologiae Moralis*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 269-270.

140. *Arienzo*, 12.12.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: timet amissionem dissertationis *De usu moderato opinionis probabilis* missae ante tres menses et quaerit num acceperit eam. Mittit aliam notam addendam *Theologiae Morali*. Quaerit cui inscribendae sint epistulae: utrum **Giuseppe** an **Giambattista**. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21.5 × 15 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 270-271.

141. *Arienzo*, 29.12.1765. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: gaudet de nuntio acceptae *Dissertationis* et de conclusione impressionis operum **Noris** et **Benedetto XIV**, quae permittit initium impressionis suae *Theologiae Moralis*, in quam edendam omni cura petit incumbatur. De venditione librorum. Nunc scribit aliud opus: «*Verità della Fede*». (4 p., 21.5 × 15.5 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 272-274.

142. *Arienzo*, 18.01.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Mittit per **D. Moschini** exemplar operis *De usu moderato opinionis probabilis*, in **Napoli** editi suo iussu, cuius exemplaria mittit gratis ad episcopos *Italiae* et ad Superiores religiosos. Petit exemplar opusculi *La Confidenza cristiana*, in **Venezia** editi. (cfr. supra n. 136). (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15.5 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 276-277.

143. *Arienzo*, 27.01.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum

- subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Petit opus **P. Valzetti** (**Antonino Valsecchi O.P.**), inscriptum: *Li fondamenti della Religione cristiana e li fonti dell'empietà*, editum a **Giovanni Manfrè**. (4 p., 1<sup>a</sup> scripta; 21 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 277-278.
144. *Arienzo*, 05.02.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Opus *Verità della Fede*, quod scribit, primum typis mandabit in **Napoli**: et affert rationes. De opere **P. Valzetti** o pure **Vasecchi** (**Valsecchi**). Nondum accipit libros *Vera Sposa* et *Apologia*. Mittat, si liceat, folia quae impriuntur operis *Moralis* **P. Patuzzi** (4 p., 21 × 16 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 278-279.
145. *Arienzo*, 18.02.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: indicat viam mittendi operis **P. Valzetti** (**Valsecchi**). De opere *Verità della Fede*. Mittet per **D. Moschini** aliud opus scriptum pro ecclesiasticis suae dioecesis: *La Via della salute*. (4 p., 21 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 280-281.
146. (*Arienzo*), ...03.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini** (sine die nec loco): Iussit mittere ad eum opus *Via della salute*. Mittit pecuniam. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 16 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 281-282.
- 146bis *Arienzo*, 19.03.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Commisit D.no **Matteo Hernandez** accipere libros quos petit et iam sunt in portu. Scivit nondum conclusam esse impressionem operum **Noris** et **Benedicti XIV**: quaerit quandonam «initium habebit impressio suae *Theologiae Moralis*. Accepto libro **P. Valsecchi** poterit concludere opus *Verità della Fede*, quod, si obstat corrector, **P. Patuzzi** amicus, clam in **Napoli** typis mandabit et exemplar in **Venezia**. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 282-284.
147. *Arienzo*, 08.04.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giambattista Remondini**: Scripsit ad D.num **Hernandez** de libris missis, qui utinam ne sint retenti in **Chioggia**. Minime postulat interruptionem operum **Benedicti XIV** sed tantum vult scire diem initii impressionis suae *Theologiae Moralis*. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 284-285.
148. *Arienzo* 12.05.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Accipit libros. Mittit aliud addendum *Theologiae Morali*. (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 285.



149. S. Agata, 22.06.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Exspectat mox initium impressionis suae *Theologiae Moralis*. Indicat viam mittendorum foliorum quae imprimantur, seu melius voluminis: non per D.num *Matteo Hernandez* qui recusat hoc servitium praestare, sed per D.num **Onorio Noè**, per quem accepit libros *Vera Sposa* et *Apologia*. De venditione horum librorum aget cum P. **Ferrari**. Venditio librorum difficilis fit. Legit opus P. **Valsecchi** et quaedam ex eo deprompsit in opere suo *Verità della Fede*, quod sub prelo est. (4 p., 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 287-289.
150. S. Agata, 12.09.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: longo tempore ante nullam responsonem accepit ad suas epistulas, quapropter timet ne mortuus sit **Giovanni Battista** et petit ut certior fiat de statu valetudinis eorum. (4 p., 1<sup>a</sup> scripta; 21.5 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 289-290.
151. Arienzo, 19.11.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Gaudet de eius epistula ac de notitia circa impressionem suae *Theologiae Moralis*. Petit, si adhuc habeat, 200 exemplaria operis sui *Meditazioni per otto giorni di esercizi*. Opus *Verità della Fede* imprimitur. Timet obstacula ex parte censorum (**Giovanni Battista Gori** et **Giuseppe Simioli**), ob caput «ove difendo la superiorità del Papa sopra i concili e la sua infallibilità in tutte le definizioni di Fede». (4 p., 1<sup>a</sup> tantum scripta; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 290-291.
152. ..., ...12.1766. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**, sine die nec loco: petit ut statim ac impressum sit primum volumen *Theologiae Moralis* ad se mittatur ut possit renovare ex toto indicem materiae. Exspectat 200 exemplaria operis *Meditazioni*, per D.num **Oronzio (Onorio Noè?)**. Difficultas in impressione operis *Verità della Fede*, ob sententiam infallibilitatis pontificiae, quia in **Napoli** sequuntur placita gallorum. (4 p., 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 291-293.
153. Arienzo, 20.02.1767. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: mittit notam addendam secundo volumini *Theologiae Moralis* et in mentem revocat misisse folia addenda, in quibus solvit questionem de materia et forma sacramenti confirmationis («questione della *eresima*). (4 p., 21 × 16 cm; primum folium cum foramine in parte sinistra; 3<sup>a</sup> pg. alba).  
*Ed. Lettere*, III, 293-294.
154. Arienzo, 07.03.1767. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: quaerit num acceperit folia missa de quaestione Sacramenti Confirmationis. Gra-

- tias agit pro 200 opusculis *Esercizi (Meditazioni per otto giorni...)* missis. Non poterit *Indicem* ad finem producere, nisi accipiat primum volumen *Theologiae Moralis* per D.num **Moschini** missum. Quaerit de *Morali P. Patuzzi*. (4 p., 21.5 × 15.5 cm.; 3<sup>a</sup> alba).  
*Ed. Lettere, III, 294-295.*
155. *Arienzo, 18.03.1767.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Gaudet de acceptis foliis de Sacramento Confirmationis. Mittit alia addenda. Morbo decumbit, quapropter nequi *Monitum ad lectorem* componere. Post scriptum tamen addit: convaluisse et mittere *Monitum typographi ad lectorem* (6<sup>a</sup> ed. *Theologiae Moralis*). Mittit addenda *de ministro matrimonii* et de *Censuris*. P. **Patuzzi** mortuum esse dicunt, «ma non lo credo». Mittet opus *La Verità della Fede*. (4 p., 21 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 295-297.*
156. *Arienzo, 08.04.1767.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: explicat iterum quot addenda et quandonam missa sint. De *Indice*. De *Morali P. Patuzzi*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 16 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 299-301.*
157. *Arienzo, 17.05.1767.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giambattista Remondini**: Misit *Indicem*, ut illic in eo numeri apponantur. Quaerit notitias «de **Gesuiti** e degli affari di Roma». (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15.5 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 301-302.*
158. *Airola, 18.06.1767.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **Giambattista Remondini**: misit opus *La Verità della fede*, per D.num **Moschini**. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 304.*
159. *Airola, 18.06.1767.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Iterum: misit opus *La Verità della fede*. Intra folia mittit addenda manu scripta. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 305.*
160. *Napoli, 21.07.1767.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: gaudet de opere ad se misso scripto a P. **Novera (Noghera)**. Suum opus contra errores multum laudatur in **Napoli** et emitur. Placet accepisse *Indicem*. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 20 × 14 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 305-306.*
161. *Napoli, 18.08.1767.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Gio:Battista Remondini**: Placet

- ad eum pervenisse folia *Indicis* et opus *Verità della fede*. Nondum accepit ipse 200 exemplaria opusculi (*Meditazioni*), sed scribet de hoc ad **Oronzio Noè**. Nunc in lucem editur aliud opus suum: *Istruzione al popolo sopra i precetti del Decalogo*... Est in **Napoli** ob negotia Congregationis (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 15 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 306-307.
251. *Nocera*, 28.08.1776. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Mittit opus *Dissertazioni teologiche* per D.num **Moschini**, qui se prodit «alquanto infadato»; «... sarà l'ultima mia opera data alle stampe, perché sono già arrivato agli anni 80. Sto cionco sovra una sedia, e mi è mancata la testa». Certior fiat de acceptis operibus iam missis. (4 p., 24.5 × 17.5 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 482-484.

252. *Nocera, 09.10.1776.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Certior factus est de misso opere **P. Noghera**. Nuntium misit D.no (**Antonio**) **Cervone**. Certior fiat quando impressa sint duo ultima opera. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 25 × 17.5 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 484-485.*
253. *Nocera, 17.10.1776.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Quaerit num typis mandaverit opus *Traduzione de' Salmi*, et si editum sit, petit ut mittat exemplaria in **Napoli** ad D.num **Antonio Cervone**. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 24 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 485.*
254. *Nocera, 15.11.1776.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Gratias agit quia sub prelo habet ultima opera sua. Petit exemplaria 7ae editionis suae *Theologiae Moralis*. Dolet de prohibitione in **Portugal** operis sui *Homo Apostolicus*: «Io non seguito la dottrina de' **Gesuiti**... Io non sono stato scolare de' **Gesuiti**». (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 486-487.*
255. *Nocera, 21.11.1776.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione **S. Alfonsi**, non vero autographa, sed manu amanuensis apposita, ad **Giuseppe Remondini**: Certior factus est de libris ab eo missis, et D.num (**Antonium**) **Cervone** dedisse Fratri **Michele Ilardo** librum **P. Noghera** et exemplaria libelli *Via Crucis* (quem petierat in epistula 28.08 data: supra n. 251). (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 27.5 × 19 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 487-488.*
256. *Nocera, 04.12.1776.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Laudat opus **P. Noghera** de *infallibilitate pontificia*. Dicit se quoque scripsisse, praeter opus *Verità della fede*, opusculum de *infallibilitate Papae*, quod typis non mandat ob circumstantias suae Congregationis. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 488-489.*
257. *Nocera, ...12.1776.* Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Placet sibi quod opus *Homo Apostolicus* in **Portugal**, quamquam prohibitum, divulgatum sit. Dolet quod se incio inceperit impressio novae editionis suae *Th. Moralis*, quia auferre volebat *Prolegomena* (**P. Zaccaria**), cum satis sit **Monitum** scriptum, inserendum in finem operis. (4 p., 4<sup>a</sup> alba; 24 × 17.5 cm.).  
*Ed. Lettere, III, 490-492, sed supprimit quaedam verba quae leguntur in documento originali.*

258. *Nocera*, ...03.1777. Libellus manu amanuensis scriptus, cum quibusdam adnotationibus marginalibus, quae videntur autographae **S. Alfonsi**, «ai Signori Ministri della Real Camera di S. Chiara»: Defendit suam doctrinam moralem eamque purgat ab accusationibus exhibitis. (16 p., 30 × 20 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 492-507.
259. *Nocera*, 07.04.1777. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Quaerit num in octava editione suae *Theologiae Moralis* quae sub prelo est, mutatae sint duae opiniones, de quo bis aut ter scripsit. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 24 × 17.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 507-508.
260. *Nocera*, 15.05.1777. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Petit ut mittat epistulas sibi inscriptas in **Napoli**. Ea parat quae in nova 8a editione suae *Th. Moralis* mutanda et addenda sunt, et quae cum absoluta erint mittet. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 508-509.
261. *Nocera*, 06.06.1777. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Iterum de iis quae mutat et addit in nova editione *Th. Moralis*. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 21 × 17.5 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 509-510.
262. *Nocera*, 19.06.1777. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Accepit epistolam die 7 iunii datam, per Fratrem **Michele Ilardo**. Iam paravit addenda et mutanda in exemplari *Th. Moralis* quod ad suum usum habebat, et mittet per D.num **Moschini**, etsi nondum mandetur typis nova editio. Accepit duo volumina operis **P. Noghera**. Expectat ea quae desunt Patris **Patuzzi**. Petit exemplaria suae *Dommatica*. Gratias agit quia scripsit D.no **Moschini**. Certiorem eum facit de novis foundationibus Congregationis: **Frosinone** et **Benevento**. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 23.5 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 510-511. Sed desunt duae lineae in textu edito, quae tamen sunt in documento originali.
263. *Nocera*, 26.06.1777. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Accepit exemplar suae *Theologiae Moralis*, cuius textum correctum, iis expunctis et mutatis quae adversarii iudicabant doctrinam **Jesuitarum**, mittit per Fratrem **Michele Ilardo** et D.num **Moschini**, pro octava editione, quae erit absoluta et ultima vitae suae. *Postscriptum*. Fr. **Michele Ilardo** certiorem facit **Remondini** de accepto textu *Th. Moralis*, quem D.no **Moschini** concedidit. (4 p., 24 × 17.5 cm. Deest inscriptio.).  
*Ed. Lettere*, III, 513-515.
264. *Nocera*, 15.07.1777. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum

subscriptione autographa **S. Alfonsi**, sine inscriptione, sed (iuxta *ed. Lettere*) ad **P. Lemetre**, Superiorem Congregationis Missionis in **Napoli**: Certior factus est Superiorem Congregationis eorum in **Bari** asserere Redemptorianos doctrinam moralem laxam sequi. Petit ut communicet cum praefato Superiore veritatem: Redemptorianos eamdem doctrinam defendere ac se, qui «non sono rigorista, né probabilista, ma vero probabiliorista». (4 p., 2<sup>a</sup>, 3<sup>a</sup> et 4<sup>a</sup> albae; 30 × 21 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 515-516.

265. *Nocera*, 20.10.1777. Epistula originalis manu amanuensis (**Fr. Francesco Romito**) scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Ante plures menses misit textum pro nova editione *Theologiae Moralis* modo brevior et melior redactum. De necessitate promulgationis ut lex virtutem obligandi obtineat. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 25 × 18 cm.).  
*Ed. SH.*, 13 (1963) 26, n. 17.

266. *Nocera*, 21.11.1777. Epistula originalis manu amanuensis (**Francesco Romito**) scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Queritur se a pluribus mensibus non accepisse responsum, postquam miserat textum pro nova editione *Theologiae Moralis*, modo brevior et perfectior redactum. Petit ut sine mora respondeatur. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).  
*Ed. SH.*, 13 (1963) 28 n. 19.

267. *Nocera*, 27.11.1777. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: dolet quod se inscio iterum typis mandaverit septimam editionem et multa adhuc exemplaria vendenda habeat, quod impedit in lucem edere novum textum correctum *Theologiae Moralis*. Exspectat libros quos petierat. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 25 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 517-518.

268. *Nocera*, 04.01.1778. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Gratias agit pro nuntio quod post venditionem exemplarium restantium nova editio *Theologiae Moralis* prelo dabitur. Iam divulgari potest notitia quod brevi prodibit. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).  
*Ed. SH.*, 13 (1963) 31 n. 21.

269. *Nocera*, 20.02.1778. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: quaerit num typis mandaverit opus *Condotta della divina Provvidenza*, multo tempore ante missa, cuius argumenta et momentum ponderat. (4 p. 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 523-524.

270. *Nocera*, 27.03.1778. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Respondet ad epistulam eius die 14.03 datam. Misit D.num **Elia** ut certior fiat de ac-

ceptis libris. Utinam, edita Historia P. Natale **Alessandro**, possit typis mandare suum opus *Condotta*, cuius momentum iterum ponderat. Exspectat novam editionem suae *Theologiae Moralis*. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 24 × 18 cm.).  
*Ed. Lettere*, III, 524-525.

271. *Nocera*, 19.04.1778. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Accepit libros. Gratias agit. Iterum commendat editionem operis *Condotta* et suae *Theologiae Moralis* ante suam mortem. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 525-526. Sed in textu edito deest una linea, quae legitur tamen in documento originali.

272. *Nocera*, 28.05.1778. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Gratias agit pro epistula missa et libris quos per D.num **Elia** misit in donum. Gaudet. quod post Historiam P. Natale **Alessandro** statuerit typis cudere suam *Theologiam Moralem*. Scripsit ad Abbatem **Nonnotte** ad ei gratulandum de suo opere: *Dizionario contro gli errori degl'increduli*, qui re-scripsit. Communicat id quod dicitur de conversione D.ni **Voltaire**. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 526-528.

273. *Nocera*, 09.07.1778. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione **S. Alfonsi**, non vero autographa sed manu amanuensis apposita, ad **Giuseppe Remondini**: Communicat cum eo diversas notitias de morte D.ni **Voltaire** lectas in *Gazzetta di Firenze*. Libri sunt iam penes D.num **Elia**. Iterum gratias agit. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 24 × 18 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 528-529.

274. *Nocera*, 21.10.1779. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: accepit per D.num **Giuseppe Antonio d'Elia** 6 exemplaria novae editionis *Th. Moralis*: gratias agit. (4 p., 2<sup>a</sup>, 3<sup>a</sup> albae; 28 × 19.5 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 530.

275. *Nocera*, 17.11.1779. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Gratias iterum agit pro nova editione *Th. Moralis* et petit alia exemplaria. (4 p., 3<sup>a</sup> alba; 25 × 17 cm., sine inscriptione.).

*Ed. Lettere*, III, 531.

276. *Nocera*, 27.12.1779. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: Petit premium exemplarium suae *Th. Moralis*. (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 25 × 18 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 532.

277. *Nocera*, 08.01.1781. Epistula originalis manu amanuensis scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad **Giuseppe Remondini**: petit alia exemplaria suae *Th. Moralis* (4 p., 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae; 24 × 17.5 cm.).

*Ed. Lettere*, III, 533.

**050105 (SAM/05) ALIA S. ALFONSI MANU SCRIPTA CONGLUTINATA**  
**(Olim: SAM-III)**

278. *Napoli, 01.04.1733.* Epistula autographa P. **Vincenzo (Mannarini)** ad **S. Alfonso**: de difficultatibus incipientis foundationis Congregationis (1 p.). In altero folio huius epistulae leguntur notae manu scriptae, autographae, ut videtur, **S. Alfonsi**. (Olim: SAM III, 11).
279. ... ..02.1735. Lineamenta autographa **S. Alfonsi** epistulae ad Episcopum **Amalfitanum Pietro Agostino Scorza** (1 p.): petit ut definiatur tempus exercitiorum spiritualium ad Clerum praedicandorum ac de difficultate fundandae ibi domus. In 4<sup>a</sup> pagina legitur epistula Ep. **Falcoia** ad **S. Alfonso**, de qua in numero sequenti. (Olim SAM III, 17).  
*Ed. Lettere, I, 45-46. A, 12 (1933) 44.*
- 279bis ..., 03.01.1735. Epistula autographa Ep. **Tommaso Falcoia** ad **S. Alfonso** in **Traiano**: de candidatis **D. Innocenzo** et alio. De domo in **Scala**. De Regula Instituti.  
*Ed. A. 12 (1933) 43-44.*
280. *Ciorani, 11.12.1735.* Pars epistulae autographae **D. Andrea Ma. Sarnelli** ad **S. Alfonso** (3 p.): de huius itinere in **Ciorani**. In 4<sup>a</sup> pag. huius epistulae leguntur quaedam manu scripta, autographa ut videtur, **S. Alfonsi**: forsitan primum exemplar emendatum epistulae mense ianuario 1736 datae. (Olim: SAM III, 23).  
*Ed. SA, 6 (1935) 271 nn. 10-11.*
281. ..., .....1744. Lineamenta autographa supplicis libelli **S. Alfonsi** ad quemdam Dominum plurimum valentem pro domo **Pagani** (2 p.). Refert de fundatione Instituti. (Olim SAM III, 27).  
*Ed. Lettere, I, 97.*
282. ..., .....1744. Lineamenta supplicis libelli **S. Alfonsi** et **Caesaris Sportelli**, magna ex parte manu Fundatoris scripta, ad quemdam Ministrum Regni pro Istituto a **S. Alfonso** fundato. (2 p.). (Olim SAM III, 31).  
*Ed. Lettere, I, 96.*
283. *S. Maria della Consolazione (Iliceto), 19.12.1744.* Pars epistulae autographae **S. Alfonsi** ad **P. Saverio Rossi** (4 p.), in qua agit de nova fundatione in **Iliceto** ac de sodalibus mittendis. (Olim SAM III, 37).  
*Ed. Lettere, I, 99 et 101.*
284. *Iliceto, 28.12.1744.* Epistula autographa **S. Alfonsi** ad **P. Cesare Sportelli** (4 p.): Dolet sibi quod derelinquenda sit domus **Pagani**. De missionibus praedicandis. Includit epistolam ad Principem de **Castellaneta, Mattia Miroballo** (cf. infra, 310). (Olim SAM, III, 43).  
*Ed. Lettere, I, 102.*

285. *Iliceto*, .....1745. Adumbratio imperfecta autographa (2 p.) **S. Alfonsi** ad Card. **Giuseppe Spinelli** circa domum **Pagani**. Quae epistula conscripta est in parte interiore folii epistulae, die 17 iulii 1745 datae, scripta in **Modugno** a D. **Nicola Antonio** Arcip. ad gratias agendum pro opusculo accepto. Quapropter epistula **S. Alfonsi** scripta est post diem 17 iulii. (Olim SAM, III, 45).  
*Ed. SH*, 25 (1977) 299-300.
286. *S. Maria*, 28.09.1745. Epistula autographa (2 p.) **S. Alfonsi** ad P. **Giovanni Mazzini**, rectorem domus **Pagani**: hortatur ad promovendam observantiam regularem domi. (Olim SAM, III, 53).  
*Ed. Lettere*, I, 107.
287. *Iliceto*, ...10.1746. Epistula autographa (2 p.) **S. Alfonsi** ad P. **Andrea Villani**: dolet de modo quo procedit Capitulum Generale inceptum die 12 octobris in **Ciorani** et petit ab eo ut modum inveniat Capituli dimittendi. (Olim SAM III, 55).  
*Ed. Lettere*, I, 118.
288. *Ciorani*, 12.10.1746. Acta autographa Capituli incepti (2 p.) missa a P. **Giovanni Mazzini** ad **S. Alfonso**. (Olim SAM III, 56).
289. ..., ...03.1748. Adumbratio autographa Supplicis Libelli (2 p.) **S. Alfonsi** ad **Benedictum XIV**: petit approbationem Congregationis. (Olim: SAM III, 61. Et vol. I, A, 36).  
Cfr. *SH*, 17 (1969) 215-223 et *Lettere*, I, 149.
290. *Ciorani*, 16.10.1751. Adumbratio autographa epistulae (3 p.) **S. Alfonsi** ad P. **Giuseppe Muscari**: dolet de damno ab eo illato Congregationi et petit ne amplius ei fidem et aestimationem derogat. (Olim SAM III, 65).  
*Ed. Lettere*, I, 184.
291. *Nocera*, 04.11.1751. Epistula autographa (1 p.) **S. Alfonsi** ad Vicarium Generalem dioecesis de **Benevento**: commendat ei Fratrem **Nicodemo de Angelis** qui vult patrimonium suum constituere... A tergo legitur aliquid manu scriptum, non vero a **S. Alfonso**, sed ab alio qui in textu agit de ipso Fundatore. (Olim SAM III, 71).  
*Ed. Lettere*, I, 187.
292. ..., .....1752?. Epistula autographa (1 p.) **S. Alfonsi** ad P. **Bernardo Apice** in **Caposele**: eum exhortatur ad manendum in domo cui adscriptus est. (Olim: SAM III, 75).  
*Ed. Lettere*, I, 209.
293. *Nocera*, 21.08.1753. Epistula autographa (2 p.) **S. Alfonsi** ad P. **Francesco Giovenale** in **Caposele**: committit ei gubernium communitatis usque ad adventum novi Rectoris P. **Giovanni Mazzini**. (Olim SAM III, 81).  
*Ed. Lettere*, I, 228-230.



294. *Nocera, 02.09.1753.* Epistula autographa (3 p.) **S. Alfonsi** ad **P. Francesco Margotta**, Procuratorem Generalem: de aliquibus negotiis Congregationis ac de missionibus in **Calabria**. (Olim SAM III, 85).  
*Ed. Lettere, I, 231-233.*
295. *Pagani, 27.01.1755.* Epistula manu scripta, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Caione**: committit ei ut loquatur cum Archiepiscopo dioec. **Conza** de exercitiis spiritualibus praedicandis ad clerum; probat responsionem datam ad **D. Cantore de Troia**. De Fratrem Studente **Michele di Michele**. Hortatur ad observantiam. A tergo leguntur quaedam manu scripta de aliquibus sodalibus Congregationis, ut **P. Caione**, et annus 1765. (Olim SAM III, 91).  
*Ed. Lettere, I, 277-278.*
296. *Benevento, 23.11.1755.* Epistula autographa **S. Alfonsi** ad fratrem suum **Ercole de' Liguori**: de sua matre moribunda *Anna Maria Cavalieri*. De missione in **Benevento**. (Olim SAM III, 97).  
*Ed. Lettere, I, 312.*
297. *Nocera, 10....1756?* Epistula autographa **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Caione**: de forma domus (*diseigno*) concordata cum **P. Domenico Ferrari**. De petitionibus Patris **Francesco Saverio Leo**. (Olim SAM III, 101).
298. *Nocera, 12.01.1756.* Dura epistula autographa **S. Alfonsi** ad Fratres Coadiutores Congregationis, quos hortatur ad humilitatem et oboedientiam. (Olim SAM III, 107).  
*Ed. Lettere, I, 321-323.*
299. *Nocera, 30.01.1756.* Epistula autographa **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Caione** in **Potenza**: obiurgat eum de missione quam contra voluntatem suam habet in **Potenza**, etsi gaudet de exitu. Praecipit ne amplius mittantur ad eum candidati, sine eius praevia licentia. (Olim SAM III, 113).  
*Ed. Lettere, I, 328.*
300. *..., .....1756?* Lineamenta manu scripta autographa **S. Alfonsi** alicuius supplicis libelli ac quaestionum ad theologiam moralem pertinentium. (Olim SAM III, 119).
301. *Nocera, 29.11.1756.* Epistula autographa **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Caione**: aliqua explicat de confessionibus excipiendis ac de rebus ad disciplinam Studentium pertinentibus. (Olim SAM III, 123).  
*Ed. Lettere, I, 364-365.*
302. *Nocera, 30.09.1758.* Epistula autographa **S. Alfonsi** ad Rectores, Ministros, Praefectos et Superiores Missionum: quaedam commendat circa observantiam et gubernium communitatum. Separatim alia addit non legenda iunioribus. *Nota*: exstat etiam hic apographum huius epistulae a **S. Alfonso** manu propria subscriptum, de quo fidem facit **P. Giuseppe Mautone Romae**, 03.04.1840. Epistulae vero quae hic dicitur autographa non videntur

- manu **Alfonsi** scripti nisi duo ultimi paragraphi. (Olim SAM III, 129).  
*Ed. Lettere*, I, 403-404.
303. *Nocera*, 22.11.1758. Epistula autographa **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Caione** (2 p.): quantum prosint spiritus critici in communitate. De paupertate ac de quibusdam aliis. (Olim SAM III, 139).  
*Ed. Lettere*, I, 407-408.
- 303bis ..., 19.03.1759?. Epistula autographa (1 p.) **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Caione**: agit de missionario -et suggerit **P. d'Agostino** aut **P. Strina** in diocesim **Melfi** mittendo ad exercitia ordinandis praedicanda . (Olim SAM III, 141).  
*Ed. Lettere*, I, 415.
304. *Nocera?*, ...12.1759. Epistula autographa (1 p.) **S. Alfonsi** ad Studentem **Andrea Morza**: nequit concedere dispensationem a norma de confessariis Studentium, sed potest consilium petere a **P. Francesco de Leo**. (Olim SAM III, 145).  
*Ed. Lettere*, I, 427-428.
305. ..., *Ante 1750*. Acta autographa (3 p.) manu **S. Alfonsi** scripta foundationis domus **Ciorani**. (Olim SAM III, 151).  
Cfr. *SH* 21 (1973) 303-307.
306. ..., .....1740?. Elenchus missionum Congregationis ab anno 1733 usque ad a. 1740 (2 p.). Videtur saltem partim manu scriptum **S. Alfonsi**. (Olim SAM III, 157).  
Cfr. *SH* 10 (1962) 184.
307. ..., .....1740?. Adnotationes, ut videtur, autographae **S. Alfonsi** circa misiones praedicandas (1 p.). Manu scriptum incipit: «Viva Gesù e Maria». Scriptum est igitur ante 1750, quo anno epistulae **S. Alfonsi** incipiunt: «Viva Gesù...». (Olim SAM III, 163).
308. ..., .....1744/45. Supplex libellus autographus **S. Alfonsi** pro domo Sacerdotum SS. Salvatoris erecta in **Nocera** (7 p.). Exstat etiam apographum eiusdem documenti. (Olim SAM III, 169).  
*Ed. SH* 25 (1977) 289-299.
309. *Iliceto?*, .....1744/47. Ichnographia autographa (1 p.) **S. Alfonsi** ecclesiae et domus **Iliceto (Deliceto)**, Patri **Giovanni Rizzo** inscripta. (Olim SAM III, 179).  
*Ed. SH* 5 (1957) 296-301.
310. ..., .....1745/47. Relatio autographa (11 p.) **S. Alfonsi** de fundatione in **Iliceto**. (Olim SAM III, 183).  
*Ed SH* 5 (1957) 291 ss.

311. ..., ante 1749. Relatio manu scripta (3 p.) de fundatione Congregationis in **Scala, Ciorani et Caiazzo**: non videtur scripta manu **S. Alfonsi**, nisi nota a tergo. (Olim SAM III, 203).
312. ..., .....1775?. Manu scriptum Fratris **Francesco A. Romito** (2 p.) de domo **Ciorani**, cum emendationibus manu **S. Alfonsi** factis. (Olim SAM III, 211).  
*Ed. SH 21 (1973) 307-310.*
313. *Napoli, 19.05.1749.* Petitio autographa (1 p.) manu scripta **D. Alessio Pellecchia** licentiae ad Regulas et Statua aliaque opera spiritualia Congregationis SS. Redemptoris edenda. Ad hoc concedendum committitur revisio praefatarum operum Canonico **Ignazio Savastano**, qui dat *Nihil obstat* die 23.08.1749. (Olim SAM III, 215).
314. ..., *Post 1746.* Documentum manu scriptum (3 p.) de bonis quae Congregatio seu «Missionari adunati sotto la direzione del sacerdote **D. Alfonso de Liguoro**» possidere possunt. A tergo legitur: «V. Gesù, Maria G.T.» manu **S. Alfonsi**, ut videtur appositum (Olim SAM III, 219). Exstat apographum huius documenti in SAA/01 n. 0056. Et cfr. infra n. 779).
315. ..., *Post 1750.* Libellus manu scriptus pro legitimitate domus **Nocera** (6 p.). Scripta tamen non est manu **S. Alfonsi**, nisi nota a tergo. (Olim SAM III, 225).
316. ..., *Post 1755.* Manu scriptum (16 p.) quod inscribitur: «Risposta alla seconda scrittura del **Barone**» (**Sarnelli**), cum emendationibus manu **S. Alfonsi** appositis. (Olim SAM III, 235).
317. ..., ..... Lineamenta manu scripta (10 p.) (non videntur manu **S. Alfonsi**, nisi quaedam notae) alicuius operis circa **Jesum Pastorem**. (Olim SAM III, 249).
318. ..., *Post 1750.* Alia lineamenta praedicationis circa infernum (4 p.) manu scripta, dubie autographa **S. Alfonsi**. (Olim SAM III, 263).
319. ..., ..... Alia lineamenta alicuius concionis manu scripta (2 p.). (Dubie manu **S. Alfonsi** scripta). (Olim SAM III, 271).
320. ..., *Ante 1750.* Manu scriptum autographum **S. Alfonsi** (8 p.): quantum opus sit sacerdoti oratio mentalis. (Olim SAM III, 275).  
*Ed. SAOPA II (Il gran mezzo). Opusc. IV, p. 209-221.*
321. ..., *Ante 1750.* Manu scriptum autographum **S. Alfonsi** (3 p.): instructio ad clerum, quae inscribitur: *Rettitudine di intenzione*. (Olim SAM III, 285).  
*Ed. SH 28 (1980) 457-468.*
322. ..., *Ante 1750.* Aliud manu scriptum **S. Alfonsi** (2 p.): *L'importanza della morte*. Hoc manu scriptum sicut et duo praecedentia initium habent verbis: «Viva *Giesù*» etc. (Olim SAM III, 291). Fidem facit **P. G. Mautone**: Roma, 18.08.183).

323. ..., *Ante 1750*. Aliud manu scriptum (2 p.) **S. Alfonsi**: *Obbligo di recitare il divino Officio*. Linea instructionis. (Olim SAM III, 295).
324. ..., *Ante 1750*. Lineamenta alicuius veluti collectionis argumentorum praedicandorum manu scripta (1 p.) autographa **S. Alfonsi**. A tergo folii legitur epistula ad **S. Alfonsum** missa, quae sequitur. (Olim SAM III, 299).
325. *Roma, 16.04.1737*. Epistula autographa (1 p.) **D. Ferdinando Principale** ad **S. Alfonsum**: mittit ei Decretum quo confirmatur confessarius **Monialium a S. Teresia** in **S. Giorgio** dioecesis **Castellammare**. Exstat hic etiam apographum recens huius epistulae. (Olim SAM III, 300).
326. ..., *Ante 1750*. Manu scriptum *De Beata Maria Vergine* (3 p.), autographum **S. Alfonsi**. (Fidem facit **P. G. Mautone**: Roma 22.06.1839. Olim SAM III, 303).
327. ..., *Ante 1750*. Aliud manu scriptum *de Beata Vergine Maria* (4 p.), autographum **S. Alfonsi**. (Fidem facit **P. G. Mautone**: Roma, 22.06.1839. Olim SAM III, 309).
328. ..., *Ante 1750*. Aliud manu scriptum (14 p.), *de virtutibus B. Mariae Virginis*, autographum **S. Alfonsi**. (Olim SAM III, 319).  
Cfr. *SH* 12 (1964) 264.
329. ..., *Ante 1750*. Lineamenta manu scripta alius operis (2 p.), autographa **S. Alfonsi**. Videtur agi de *amore Jesu Christi*. (Olim SAM III, 335).
330. ..., .....1762. Sermo manu scriptus (4 p.) autographus **S. Alfonsi**: *Discorso in principio dell'anno (1762)*. (Olim SAM III, 339).
331. *Pagani, .....1761*. Alius sermo manu scriptus (2 p.), autographus **S. Alfonsi**, de *Passione Jesu Christi*. (A tergo legitur: *Disc. della Pass. a Pagani nel 1761*). (Olim SAM III, 347).
332. ..., *Ante 1750*. Alius sermo sic dictus *della chiamata*, (7 p.), manu scriptus, autographus **S. Alfonsi**. (Olim SAM III, 353).  
*Ed. SH* 10 (1962) 36-50.
333. ..., *Ante 1750*. Alius sermo de seiungendo corde (*il distacco*), manu scriptus (6 p.), autographus **S. Alfonsi**. (Olim SAM III, 363).  
Cfr. *SH* 12 (1964) 254 ss.
334. ..., .....1755/56. Instructio manu scripta (8 p.), autographa **S. Alfonsi**, de modo praedicandi efficaciter exercitia ad Clerum. (Olim SAM III, 373).  
*Ed. Lettere*, III, 546-550.
335. *Scala?, post 1750*. Manu scriptum (2 p.), autographum **S. Alfonsi**, in quo **Monialibus Scalae** in memoriam revocat aliquas normas vitae spiritualis. A tergo legitur: *Ricordi alle Monache di Scala*. (Olim SAM III, 383).  
*Ed. SH* 29 (1981) 247.

336. ..., *Post 1750*. Manu scriptum *de sacerdotio* (2 p.), saltem partim autographum **S. Alfonsi**. (Legitur in versa pagina: «Viva Gesù, Maria, G.T.» (Olim SAM III, 389).
337. ..., ..... Manu scriptum (4 p.) *de Passione Jesu Christi*, cum nota post 2um paragraphum manu **S. Alfonsi** apposita. (Olim SAM III, 393).
338. ..., ..... Manu scriptum (12 p.), *de scrupulo*, non tamen manu **S. Alfonsi**. (Olim SAM III, 399).
339. ..., ..... Manu scriptum (4 p.) de quaestione theologica, ut videtur, sed non manu **S. Alfonsi**. (Olim SAM III, 413).
340. ..., 02.06.1732. Epistula autographa (1 p.) P. **Ludovico M. Fiorillo** ad **S. Alfonso** (?): exhortatur ad fiduciam in Deo, qui «li darà tutta la sua assistenza in questa causa tanto cara a Lui». (Olim SAM III, 419).
341. *Napoli, 14.07.1733*. Epistula manu scripta (2 p.) autographa P. **Domenico Manullo** S.J. ad p. **Gennaro Sarnelli**: exhortatur eum ad perseverandum in vocatione. Exstat quoque apographum huius epistulae, manu scriptum, ut videtur, **S. Alfonsi**. (Cfr. Fund. 0503, I, D, 34f). (Olim SAM III, 423).
342. ..., .....1732/33. Manu scriptum (4 p.) de *paupertate*, quae nota est missionarii seu *de liceitate possidendi bona in communi*, autographum **S. Alfonsi**. Incipit litteris: G.G.M.T. et concludit: «Viva Giesù e Maria». (Olim SAM III, 429. Apographum: SAA/01, 0056).  
*Ed. SH 30 (1982) 293.*
343. ..., *Post 1746*. Manu scriptum (4 p.) *de prescriptione*, cuius prima pars videtur autographa **S. Alfonsi**. A tergo in calce legitur: «G e M. Acdmus D. Nic.a d'Ambr.o di Durazano» (Olim SAM III, 435).
344. ..., *Post 1750*. Opus manuscriptum (31 p.), autographum **S. Alfonsi**, quod inscribitur: *Sentimenti e Documenti ricavati dalle Lettere e Trattati spirit.i di Mr. Pier Matteo Petrucci, Vescovo di Jesi e poi Card. di S.C.*. (Olim SAM III, 441).  
*Ed. SH 26 (1978) 249-290.*
345. ..., *Ante 1750*. Quaedam adnotationes manu scriptae (2 p.), autographae **S. Alfonsi**. (Fidem facit P. **G. Mautone**: Roma, 26.03.1835. Olim SAM III, 479).
346. ..., *Ante 1750*. Lineamenta canticum manu scripti (3 p.), autographa **S. Alfonsi**: *Fortis ut mors dilectio*. (Olim SAM III, 483).
347. ..., *Ante 1750*. Manu scriptum ex opere *Glorie di Maria* (2 p.), autographum **S. Alfonsi**, (de quo fidem facit P. **G. Mautone**: Roma, 26.05.1835), donatum a P. **Serafino de Alessandris**. Hic exstant insuper epistulae P.

**Carlo Balić O.F.M.** ad **P. Gulielmum Gaudreau**, diebus 02.10. et 09.12. a. 1954 datae, ad petenda manu scripta **S. Alfonsi** de B.M.V. pro Expositione internationali libri Marialis, cui mittitur manu scriptum de quo in hoc numero **347.** (Olim SAM III, 491).

*Ed. Glorie di Maria.*

348. ..., *Ante 1750.* Lineamenta manu scripta (2 p.), *de introductione ad exercitia*, autographa **S. Alfonsi**, (de quo fidem facit **P. G. Mautone** Roma 28.05.1839. Olim SAM III, 492).

**050107(SAM/07) LIBRI QUIBUS USUS EST S. ALFONSUS CUM NOTIS SUIS**

349. *Neapoli, ...1753. Theologia Moralis concinnata a R.P.D. Alfonso de Ligorio:* Editio neapolitana cum notis manu sancti Auctoris appositis, sive in ipso textu sive in foliis adiunctis.
350. ..., ... Liber 632 paginarum, quarum 594 scriptae sunt manu **S. Alfonsi**; ceterae sunt albae. Est opus *theologiae moralis*, donatum domui Generali CSSR a **Pio IX**, quando nuntiata est ei electio novi Superioris Generalis, **P. Nicolas Mauron**, die 3 maii 1855. (Olim SAM V, 5).
351. *Patavii, 1733.* Liber *Medulla Theologiae Moralis. Herm. Busenbaum S.J.* cum notis manu **S. Alfonsi** scriptis in textu. (Olim SAM V, 6).
352. *Venetis, 1733.* Liber *Quinti Horatii Flacci Opera*, quo usus est **S. Alfonsus** et manu propria notis ornavit. Est donum Domus **Materdomini** a. 1947.
353. *Venezia, 1672?* Liber *Il Confessore istruito. Operetta... dal P. Paolo Segneri, della Compagnia di Giesù*, cum adnotationibus in textu manu **S. Alfonsi** scriptis. Hic adest quoque elenchus adnotationum **S. Alfonsi** in hoc libro factarum, manu scriptus ab ignoto.
354. *Napoli, 1777.* Liber *Operette spirituali dell'Illustriss. e Reverendiss. Monsignor D. Alfonso de Liguori, Vescovo di Santagata de' Goti...*» **S. Alfonsus** hoc libro usus est fere usque ad mortem, et hunc in memoriam donavit Fratri **Alessio**. (Olim SAM V, 7).

**050109 (SAM/09) DIARIA S. ALFONSI, TEXTUS CONSTITUTIONUM ALIQUAE LIBRI QUIBUS USUS EST.**

355. ..., 1726-1742. *Diarium primum: Cose di coscienza*.  
Cfr. SH 21 (1973) 198-258.
356. ..., ..... *Diarium secundum*: liber parvus, sicut praecedens, cum adnotationibus spiritualibus, in capita divisus, quae incipiunt: «Giesù nostra speranza ed amore». Manu **S. Alfonsi** scriptae sunt ante a. 1746 ad annum usque non determinatum. Habet 244 p.: usque ad p. 56 adhibetur vox *Giesù*; postea, *Gesù*.
357. ..., ante 1749. *Diarium tertium*: potius est libellus in quo **S. Alfonsus** scripsit XII Regulas Congregationis; ideoque scriptus est ante a. 1749. Inscriptio huius libelli est: *Breve ristretto delle Regole ed Idea dello Istituto della Congregazione del Sant.mo Salvatore*.  
Ed. SH 16 (1968) 385-399.
358. *Romae, 1749. Exemplar Constitutionum et Regularum C.S.S.R.* antiquissimum quod ipso anno approbationis Congregationis, nempe a. 1749, Romae in Typographia Reverendae Camerae Apostolicae impressum est, et quod, ut fert Traditio, **S. Alfonsus** ad suum usum habebat.
359. ..., ... Apographum manu scriptum quod inscribitur *Copia d'un secondo libretto di S. Alfonso dal 1766 sino a Feb.o 1780, con affari di sua coscienza, dottrinne per l'ubbidienza e simili*. Ignoratur auctor. Adsunt etiam ibi adnotationes a. 1732, 1737.

**050111 (SAM/11) EPISTULAE AUTOGRAPHAE S. ALFONSI: ann. 1726-1787.**

360. *Napoli, 23.03.1726. Alfonso di Liguoro All'Illustrissimi Governatori della Venerabile Congregazione dei Pellegrini della Misericordiella nel Borgo delli Vergini*: renuntiat iuri suo in hac Congregatione pro fratre suo **Ercole di Liguoro**. Adsunt tria photoapographa autographi **S. Alfonsi**, quod exstat in Archivio Nucerino Paganorum. Apographum in SAA/02, 0069.  
Ed. SA 2 (1931/32) 273-274. Et in A, 11 (1932) 347.
361. ..., ...03.1733. Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad Sororem **Maria Celeste Crostarosa**: exponit conditiones ut natus Institutus in bonum exitum perducatur; obiurgat de derelicto moderatore suae conscientiae, Episcopo **Tommaso Falcoia**.  
Ed. *Lettere*, I, 20-32.
362. ..., 30.06.1735. Supplex libellus manu scriptus, autographus **S. Alfonsi** ad Episcopum de **Caiazzo**, **Constantinum Vigilante**, cum Rescripto eius die

- 30.06.1735 dato et relatione **Ioannis Jovino**, oeconomi curati de **Maiorano**, die 26.09.1735 data. Supplicat ut provideatur solutio contributi ratione scholae in **Villa dei Schiavi**, Congregationi promissi, secundum Episcopi praeceptum. (Exstat simul photoapographum huius libelli).  
*Ed. Lettere*, I, 46; et *SH* 12 (1964) 222-223.
363. *S. Aniello*, 13.08.1742. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad **P. Cesare Sportelli** in **Ciorani**. Communicat varias notitias et dispositiones: de reficiendo sigillo, de comparando novo horologio etc. Annuntiat se et alios brevi venturos esse. (Olim SAM III, 7).  
*Ed. SH* 12 (1964) 223.
364. *Ciorani*, 24.01.1744. Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad **D. Petrum**: Brevi mittet Patres ad cursum praedicatio-num habendum.  
*Ed. SH* 12 (1964) 226-227.
365. *Ciorani*, 10.08.1744. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad **Ioan-nem Olivieri**, in **Napoli**: nuntiat misisse opusculum typis edendum. In hac epistula sicut in anterioribus deest annus, sed eruitur probabiliter ex contextu.  
*Ed. SH* 4 (1956) 180.
366. *Iliceto*, 12.03.1745. Photoapographum epistulae manu scriptae, autogra-phae **S. Alfonsi**, ad Marchionem **Caletanum Brancone** in **Napoli**: exponit contra detractores domum **Nuceriae Paganorum** fabricatam non esse ad modum monasterii. (Autographum exstat in Bibliotheca Ambrosiana -**Mediolani**. Exstant in AG sub hoc numero **366**, photoapographum, mi-crofilm et apographum. Cfr. infra n. **925**).  
*Ed. A* 17 (1938) 272-273.
367. *Iliceto*, 02.03.1745-7. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad rec-torem aut ministrum domus in **Ciorani** aut in **Pagani**: mittit pecunia-e summam atque communicat varias considerationes et dispositiones de re oeconomica. (Dies dubius est, quia adsunt duo numeri: 2 et 3. Annus vero epistulae non constat: inter 1745 et 1747).  
*Ed. SH* 12 (1964) 230-231.
368. *Iliceto*, 30.03.1746. Photoapographum et autographum intra marginem in-clusum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad **Francesco An-tonio Ricciardi**, advocatum in **Foggia**: agit de renovatione missionum.  
*Ed. Lettere*, I, 116-118.
369. *Ciorani*, 12.10.1745/1750. Photoapographum epistulae manu scriptae, auto-graphae **S. Alfonsi**, ad **D. Paolo (Cafaro)**: vocantur in **Napoli** incipiente no-vembre. De missione paranda. Communicet cum **D. Pietro (Genovese)** qui paulo post ingressus est in Congregationem) de opusculo quod in **Napoli** editur. Agit de *Salvetta di Maria*, quod praenuntiat opus *Glorie di Maria*...  
*Ed. SH*. 6 (1958) 333-334.



370. *Iliceto*, 30.01.1747. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad Sororem **Maria Celeste Poppa** (Monasterium *della SSma Annunziata* in **Foggia**): indicat modum scribendi ad S. Sedem contra sic dictum *canto figurato* in *Monasterio*, et petit ut epistulam mittat per Sororem **Maria Celeste Crostarosa**.  
*Ed. Lettere*, I, 124-125.
371. *Napoli*, 29.07.1747. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad P. **Andream Villani**. Est photoapographum epistulae autographae quae exstat penes **PP. Benedictinos** Basilicae **S. Pauli** extra Muros **Romae**. Conqueritur quod in dubitationem adducat conatus obtinendae approbationis regionis Instituti et sententiam suam exponit circa unionem cum Congregatione **Vincentii Mannarini**, quam fieri posse negat.  
*Ed. pars. in Lettere*, I, 132-133; *et tota* in *SH* 12 (1964) 234-236.
372. *Ciorani*, 27.11.1747. Litterae procuratoriae manu scriptae a Notario neapolitano **Francesco Aniello Zampoli**, datae in *Ciorani* die 27.11.1747, et subscriptae manu **S. Alfonsi** ac testium **Costantino Zampoli**, **Andrea Gaudiello** et **Francesco di Mari**: constituit Patrem **Cesare Sportelli** Procuratorem ad stipulandum documentum foundationis domus **Mater Domini** in **Caposele**. (Olim SAM VII, 1).  
*Ed. Lettere*, I, 139.
373. *Ciorani*, 16.10.1748. Litterae procuratoriae notariles, sicut immediate praecedentes, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**. Non subscribunt testes. Constituit Patrem **Giovanni Mazzini** Procuratorem ad componendam litem cum **Francesco Contaldo** de eius donatione Congregationi facta per publicum instrumentum. (Olim SAM VII, 2).  
*Ed. SH* 12 (1964) 237-238
374. *Nocera*, 17.02..... Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi**, quae exstat in domo nostra in **Paris**, ad Superiorem quemdam. Dat varias instructiones. Agit de **PP. Francesco Ma. Margotta** et **Alessandro De Meo** ac de Rev. D. **Benedetto Grazioli**.  
*Ed. SH* 13 (1965) 18, n. 18.
375. ..., *Post 1749*. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad P. **Domenico Siviglia**. Mittit ei quosdam libellos et imagines. Quoad vitae regulam sese directioni Patris rectoris submittat. (In subscriptione legitur in hac, sicut in praecedenti et sequenti epistula, *del SSmo. Redentore*, ideoque hae epistulae scriptae sunt post 1749).  
*Ed. SH* 13 (1965), 18 n. 19.
376. ..., *Post 1750*. Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi**, quae exstat in archivio nostro in **Pagani** (n° 57), ad parochum ignotum: gratias agit. E *Ciorani* Patres et Fratres venient ad primam Missionem habendam.  
*Ed. SH* 13 (1965) 19 n. 20.

377. *Ciorani, 01.02.1750*. Photoapographum epistolae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad **P. Francesco Margotta**: agit de vendendo opere **Theologiae Moralis**, et exponit quomodo sacerdotes debitum stipendiis Missarum solvere queant. (Annus scriptiois epistolae et persona ad quem mittitur non inveniuntur in ea. «*Lettere*» autem indicant annum 1750 et eum cui inscribitur. Sed notandum epistolam incipere *Viva Giesù*, et cum desit finis epistolae et subscriptio, nescimus utrum in hac legatur *del SS.mo Redentore* an *del SS.mo Salvatore*, ad determinandum cum maiore certitudine annum).  
*Ed. prima pars in Lettere, I, 172-174. Altera vero, in SH 12 (1964) 239-240.*
378. *Ciorani, 07.02.1750*. Photoapographum epistolae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad **P. Francesco Margotta** in **Caposele**: gaudet de eius sensibus humilitatis eique diversa agenda committit. (Epistula incipit etiam *Viva Giesù*, sed in subscriptione legitur *del SS.mo Redentore*, ideoque scripta est post annum 1749).  
*Ed. Lettere, I, 174-175.*
379. *Caposele, 16.05.1750*. Sic dictus recessus visitationis peractae in **Mater Domini** a **S. Alfonso**, manu propria subscriptus, in quo quaedam praecipit ad tutandam observatiam regularem.  
*Ed. Lettere, I, 177.*
380. ..., ...*11.1751*. Litterae Circulares a **S. Alfonso** dictatae et manu propria subscriptae ad sodales CSSR: agit de modo servandi vocationem et praedicandi efficaciter missiones. (Olim SAM VIII, 51a).  
*Ed. Lettere, I, 188.*
381. ..., ...*09.1752*. Photoapographum supplicis libelli manu scripti, autographi **S. Alfonsi** ad Regem Neapolitanum, ad obtinendum *Exsequatur Brevi Apostolico Ad Pastoralis dignitatis fastigium*. (Autographum invenitur in archivio Prov. Coloniensis CSSR).  
*Ed. Lettere, I, 205-206.*
382. *Nocera, 16.09.1752*. Photoapographum epistolae manu scriptae, autographae, praeter ultimum paragraphum, **S. Alfonsi**, ad **P. Francesco Buonomano**: laudat propositum petendi ne mittatur in **Casamicciola**, patriam eius ad missionem ibi praedicandam.  
*Ed. Lettere, I, 204.*
383. ..., ...*1751?*. Photoapographum epistolae manu scriptae, partim autographae **S. Alfonsi**, partim ab eo dictatae, ad **P. Francesco Maria Margotta** in **Caposele**: Certiorem eum facit non posse hoc anno se conferre in Caposele ad novendiales preces praedicandas, sed eum cum **P. Mazzini** exspectare hoc anno in **Nocera** ad colloquendum de rebus magni momenti. Prima pars epistolae et ultimus paragraphus manu amanuensis scripta sunt.  
*Ed. SH 6 (1958) 334-335.*
384. *Nocera, 14.04.1754/1757*. Photoapographum epistolae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad sacerdotem **Michel'Angelo Maffei** in **Solofra**: sol-

vit diversa dubia conscientiae. (Deest annus. Praesumitur scripta inter 1754 et 1757).

*Ed. SH 12 (1964) 257, 265-266.*

385. *Nocera?*, 20.05.1754?. Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad **P. Pasquale Caprioli** in **Ciorani**: sollicitum se praebet de valetudine **P. Saverio Rossi**. (Autographum invenitur in Archivo nostro in **Pagani** (n° 81/2). Desunt locus, dies et annus, qui ponitur inter 1754 et 1757).

*Ed. Lettere, I, 251-252.*

386. *Nocera?*, 08.06.1755. Photoapographum lineamentorum manu scriptorum, autographorum **S. Alfonsi** epistulae ad **Benedictum XIV**: certiore eum facit de misso ad eum secundo volumine *Theologiae Moralis* ab eoque petit pro Congregatione gratiam communicationis privilegiorum. (Apographa huius epistulae inveniuntur in F. 07, Vol. I, B, 11 et in SAA/01, 0007. In apographo legitur conclusio epistulae quae deest in editione operis *Lettere*. Documentum autographum, ad quod sese referunt *Lettere*, hic non invenitur)

*Ed. Lettere, I, 285.*

387. *Nocera*, 22.06.1755. Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad Sororem **Maria Vincenza Giannastasio**, in **Cava**: exponit modum sese gerendi quando maerore opprimimur. (Autographum donatum erat Beato **Eugenio de Mazenod** et nunc exstat in abbazia **Solignac Galliae**).

*Ed. Lettere, I, 294.*

388. *Nocera*, 30.06.1755. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Calone**: agit de aliquibus missionibus praedicandis, de sodalibus domus **Mater Domini** ac de operibus suis theologicis. (Exstat etiam photoapographum huius epistulae).

*Ed. Lettere, I, 295.*

389. *Pagani*, 1751/1761. Photoapographum responsionis manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad Sac. **Giannantonio Salvano** in **Cava**, in eadem epistula huius datae: Sacerdos petit Redemptorianos ad exercitia spiritualia praedicanda. **S. Alfonsus** respondet eos missuros esse die dominica Quinquagesimae. (In epistula Sacerdotis **Salsano** non legitur locus et dies, nec in responsione **S. Alfonsi**, sed tantum dies itineris missionariorum. Responsio et inscriptio sunt autographae **S. Alfonsi**).

*Ed. SH 20 (1972) 7-8.*

390. *Nocera*, 04.08.1755. Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad novitium **Luigi Capuano**: indicat media ad servandam vocationem.

*Ed. Lettere, I, 302-303.*

391. *Nocera, 05.10.1755*. Epistula manu scripta, autographa **S. Alfonsi** ad Fratrem Studentem **Francescantonio Manfredonia** in **Ciorani** (natus 1735, -professus erat mense julio 1754): gaudet de eius epistula et media indicat ad servandam vocationem. (Quoad Fratrem cfr. *Catalogum* I fol. 14. Exstat etiam photoapographum).  
*Ed. SA 7* (1936) 19; et 20 (1949) 75.
392. *Benevento?, ...11.1755*. Photoapographum epistulae manu scriptae, autographae **S. Alfonsi** ad **P. Gasparo Caione** in **Materdomini**: mittet Patrem **Domenico Corsano**, qui vices aget Admonitoris. De fundatione **S. Angelo a Cupolo** tunc conclusa.  
*Ed. SH 10* (1962) 9-10.
393. *Nocera, 09.12.1755?* Photoapographum epistulae manu scriptae, quae penes **S. Gioacchino Romae** exstat, autographae **S. Alfonsi** ad **P. Gaetano Spera** in **Iliceto**: indicat modum procedendi quoad praecepta Superioris domus et determinat argumenta docenda theologiae et philosophiae. (**P. Gaetanus Spera** natus est 12.08.1730, professus, 24.12.1749 et sacerdos ordinatus 16.06.1753. In hac epistula **P. Spera** est lector in **Iliceto**. Forsitan annus eius est 1755).
394. *Pagani, 12.12.1755*. Litterae procuratoriae manu Notarii de **Nocera Carlo Pepe** scriptae ac manu **S. Alfonsi** subscriptae, quae constituunt **P. Celestino de Robertis** Procuratorem Generalem Congregationis.  
*Ed. SH. 12* (1964) 245-246.
395. *Pagani, 25.12.1755*. Pars epistulae manu scriptae, in qua ultimae duae periodi et subscriptio sunt autographae **S. Alfonsi**, ad **P. Gasparo Caione**: decernit de diversis rebus: negat Patri **Francesco Saverio Leo** licentiam ad audiendas confessiones mulierum, quia nondum habet 29 annos aetatis; petit ut mittat **P. Carmine Fiocchi** in **S. Angelo**, post missionem etc. (In *Lettere*, I, 315 legitur prima propositio huius epistulae, cui additur paragraphus qui non legitur in hac parte epistulae quae servatur in AGHR).  
*Ed. SH 12* (1964) 246-248.
396. *Nocera, 19.01.1756*. Photoapographum epistulae manu scriptae, dictatae a **S. Alfonso**, qui manu propria ultima verba scribit et subscribit, ad **P. Gasparo Caione**: dolet de missione quadam accepta sine numero, ut opus erat missionariorum ac de aliis diversis decernit.  
*Ed. Lettere*, III, 678-681.
397. *Nocera, 20.01.1756*. Epistula manu scripta, dictata a **S. Alfonso** eiusque manu propria subscripta, ad **P. Antonio Tannoia** in **Iliceto**: non vult Fratrem culpae non reum dimitti, sed indicat poenas infligendas aliis qui culpa tenentur.  
*Ed. Lettere*, I, 325.
398. *Pagani, 21.01.1756*. Epistula manu scripta, autographa **P. Pietro Blasucci**, scripta iussu **S. Alfonsi**, ad **P. Antonio Tannoia** in **Iliceto**: agit de modo

procedendi cum Fratribus Coadiutoribus. In eodem folio, ad instar post scripti addit **S. Alfonsus** manu propria quasdam dispositiones ad salvandam vocationem Fratris **Cesare** et circa novitiatum Fratris **Bartolomeo**.

*Scripta a S. Alfonso edita sunt in Lettere, I, 326. Iterum simul cum tota epistula Patris Blasucci, in SH 12 (1964) 248-250.*

694. *Nocera*, 11.04.1778. Photoapographum epistulae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad Sor. **Brianna Carafa** in **Napoli**: gaudet de epistula ab ea ad ipsum missa; gratias agit ob donum et eam hortatur ad amorem divinum, de quo agit in opusculo quod ei mittit.

*Ed. SH* 6 (1958) 340-341, et *Lettere*, II, 475-477, partim.

695. *Nocera*, ...04.1778?. Epistula manu scripta, ad P. **Francesco Antonio de Paola**, in qua deest subscriptio, sed ex argumento eius, eruitur a **S. Alfonso** dictatam esse: gaudet de concione domus in **Frosinone**; decernit de habitatione huius domus, confirmat tempus missionum.

*Ed. Lettere*, II, 478-479.

696. *Nocera*, ...04.1778. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Francesco Antonio de Paolo** in **Frosinone**: mittit ei summam pecuniae et lineamenta epistulae ad **Voltaire**, cuius conversio nuntiatur, ut eam in latinum sermonem vertat. De P. **Gennaro Orlando**: missionibus praedicandis in **Romagna** non est aptus. (Olim SAM VII, 78 b).

*Ed. Lettere*, II, 479-480.

697. *Pagani*, 24.05.1778. Photoapographum epistulae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad Sor. **Maria Celestina del Divino Amore** in **S. Agata**: multum prodest humilitas; oportet cor ab omni affectu humano etsi honesto, seingere.

*Ed. Lettere*, II, 485-486.

698. *Pagani*, 29.05.1778. Photoapographum epistulae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad Nobilem Baronem **Castilleti de Naro** in **Sicilia**: gratias ei agit ob primam epistolam congratulationis ab eo missam.

*Ed. Lettere*, II, 698 etsi cum errore in die.

699. *Nocera, 06.07.1778.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, eiusque photoapographum, ad D.num **Pietro Molelli** in **Frosinone**: de iurepatronatus vindicato in ecclesiam *S. Mariae Gratiarum* in **Frosinone**.  
*Ed. SH 11 (1963) 32 n. 22.*
700. *Nocera, 07.08.1778.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **Pietro Molelli**: de eodem argumento: sese S. Sedi remittit cui causa delata est.  
*Ed. SH 11 (1963) 34 n. 24.*
701. *Nocera, 12.10.1778.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** subscripta, ad **Pietro Molelli**, de eodem argumento.  
*Ed. SH 11 (1963) 34 n.25.*
702. *Nocera, 19.02.1779.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola** in **Frosinone**: queritur amare de modo agendi eius, qui **Alfonsum**, Rectorem Maiorem, Episcopum et Advocatum certiore non facit de litibus istius domus et praecipit ut nihil deinceps fiat se inscio. (Olim SAM VII, 79 a).  
*Ed. Lettere, II, 494-496.*
703. *Nocera, 27.03.1779.* Photoapographum epistulae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad Patrem **CSSR Romae**: agit de lite cum **D. Molelli** in **Frosinone**, cuius cognitio penes S. Sedem erat. Cfr. n. 700 et 701.  
*Ed. SH 6 (1958) 341-343.*
704. *Nocera, 12.04.1779.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Giuseppe Landi**, in **Sciffelli**: Mittit pecuniae syngrapham, commendans curam communitatis et sacerdotis **Arnauld** quoad victum.  
*Ed. SH 11 (1963) 36 n.27.*
705. *Nocera, 10.07.1779.* Epistula circularis manu scripta a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Patres et Fratres Congregationis. Exemplar missum in domum **S. Angelo a Cupolo**: agit praecipue de vitae ratione in missionibus et de observantia regulari. (Olim SAM VII, 79 b).  
*Ed. Lettere, II, 498-500.*
706. *Nocera, 16.08.1779.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **Studentes Redemptorianos**: quaerit ab ipsis quinam prompti sint ad ministerium exercendum in **Sicilia**. (Olim SAM VII, 79 o).  
*Ed. Lettere, II, 501.*
707. *Nocera, 01.09.1779.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad fratrem suum **Ercole de' Liguori**: agit de matrimonio sui nepotis **Pepporiello (Giuseppino)** ac de cura de eo habenda. (Olim SAM VII, 79 d).  
*Ed. Lettere, II, 504-505.*

708. *Nocera*, ..... In epistula praecedenti exstat conglutinatum a P. **Giuseppe Mautone** folium sine die nec nomine domus cui mittitur, folium a **S. Alfonso** manu propria subscriptum, quo aliqua praecepta imponit.
709. *Nocera*, 06.09.1779. Photoapographum documenti manu scripti a **S. Alfonso** manu propria subscripti, quo testificatur optimam esse vitae rationem sacerdotis **Pasquale Diodato**.  
*Ed. SH 25 (1977) 317.*
710. *Nocera*, ...10.1779. Epistula manu scripta, sine subscriptione **S. Alfonsi**, sed eo dictante, a Fr. **Francesco Romito** scripta, ut hic testatur, ad patres domus **Ciorani**: praecipit ut diruatur tholus ecclesiae et hortatur ad oboedientiam.  
*Ed. Lettere, II, 508-509.*
711. *Nocera*, ...10/11.1779. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Diodato Criscuoli**: Tholus ecclesiae in **Ciorani** restaurandus est secundum consilium peritorum, qui aestimationem sumptus dederunt. Ut opus necessarium sollicitate incipi possit, petit remissionem clavis arcae. (Cfr. supra n. 710).  
*Ed. SH 11 (1963) 40 n. 32. Cfr. Lettere, II, 510, 518.*
712. *Nocera*, ...10/11.1779. Documentum manu scriptum in quo legitur sententia **S. Alfonsi** circa oboedientiam, quam ipse dictavit Fratri **Francesco Romito**, cum adnexa huius attestazione. (Cfr. SAA/01, 0037).  
*Ed. SH 11 (1963) 39 n. 31.*
713. *Nocera*, 04.11.1779. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Superiorem domus in **Ciorani**: petit ut certiolem faciat totam communitatem de ultima decisione circa tholum ecclesiae, qui non demoliendus sed restaurandus est, et exigit oboedientiam. (Olim SAM VII, 79 e).  
*Ed. Lettere, II, 510-511.*
714. *Nocera*, 06.11.1779. Photoapographum epistulae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad P. **Stefano Liguori** in **Ciorani**: dolet de defectu oboedientiae circa tholum ecclesiae et petit ab eo ut promoveat concordiam animorum.  
*Ed. Lettere, II, 511-512.*
715. *Nocera*, 16.11.1779. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Diodato Criscuoli**: repetit: tholus ecclesiae **Ciorani** non est demoliendus sed restaurandus; deest tamen pecunia. Gravior autem laesione tholi est laesio oboedientiae exinde secutae apud eos qui sententiae superiorum acquiescere nolunt.  
*Ed. SH 11 (1963) 42 n. 33.*
716. *Nocera*, 19.11.1779. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, etsi subscriptio recissa est tamquam reliqua, ad P. **Giovanni**

- Battista Ansalone in Iliceto:** indicat quid sit faciendum in distribuendis tesseriis sic dictae **Crociata**. (Olim SAM, VII 79 g).  
*Ed. Lettere, II, 517.*
717. *Nocera, 26.12.1779.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, etsi subscriptio recissa est tamquam reliquia, ad Patres domus **Iliceto:** inculcat oboediantiam iis a se dictis aut scriptis cum sua subscriptione. (Olim SAM VII, 79 h).  
*Ed. Lettere, II, 520.*
718. *Nocera, 25.01.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Gasparo Caione** in Benevento: committit ei praedicare exercitia ad Clerum de **Salerno**. De exercitandis iunioribus Patribus in missionibus praedicandis. Praevidet divisionem. (Olim SAM VII, 80 a).  
*Ed. Lettere, II, 522-523.*
719. *Nocera, 13.03.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Bartolomeo Mattia Corrado:** Mittit supplicem libellum Marchioni **De Marco** concedendum, studens ut damna ex *Regolamento* oritura vitarentur. (Olim SAM VII, 80 b).  
*Ed. Lettere, II, 524-525.*
720. *Nocera, 28.03.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Diodato Criscuoli** in **Ciorani:** certiore eum facit de sua voluntate convocandi delegatos domuum in **Pagani**, ad deliberandum circa *Regolamento*. (Olim SAM VII, 80 c).  
*Ed. Lettere, II, 529-530.*
721. *Nocera, 12.04.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Episcopum quemdam (fortasse de **S. Agata**): manifestat difficultatem oeconomicam qua angitur, deficiente pensione.  
*Ed. CBB, 248.*
722. *Nocera, 12.04.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Giovanni Battista Ansalone** in **Iliceto:** In memoriam revocat convocationem delegatorum ad deliberandum in **Pagani**, ut vitetur divisio Congregationis in duas. (Olim SAM VII, 80 d).  
*Ed. Lettere, II, 536-537.*
723. *Nocera, 12.04.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad sacerdotem quemdam **CSSR** in **Napoli:** communicat cum eo omnia consilia capta ad evitanda damna sic dicti *Regolamento* (Olim SAM VII, 80 E).  
*Ed. Lettere, II, 537-539.*
724. *Nocera, 23.04.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Carmine Picone**, Rectorem domus **S. Angelo a Cupolo**, in **Benevento:** indicat diem quo incipiet congressus delegatorum et petit ut horum electio fiat modo omnino iuridico. (Olim SAM VII, 80 f).  
*Ed. Lettere, II, 542-543.*

725. *Nocera, 25.04.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Rectorem domus in **Caposele** (ad **P. Gasparo Caione**, in **Benevento, secundum Lettere**): declarat electos a domibus gaudere in congressu voce deliberativa, non tantum consultiva. (Olim SAM VII, 80 g).  
*Ed. Lettere, II, 544.*
726. *Nocera, 30.04.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Bartolomeo Mattia Corrado**: respondet ad suam epistulam, in eodem folio: dolet morbo sit correptus et petit ut cum veniat, eum committentur **P. De Meo** et alius electus. (Cfr. **F. Kuntz, Commentaria de vita S. Alfonsi ac de rebus CSSR, X, 120** notam in margine, n. 23).  
*Ed. Lettere, II, 546.*
- 726bis *Ciorani, 30.04.1780.* Epistula originalis autographa **P. Bartolomeo M. Corrado** ad **S. Alfonsum**: nequit ire in *Nocera*, quia infirmus est. (Invenitur in eodem folio in quo rescripsit **S. Alfonsus**, supra n. 726).
727. *Nocera, 01.05.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Gasparo Caione** in **Benevento**: iterum convocat delegatos sub praecepto formali oboedientiae, qui convenire debent ad die 12 maii incipiendum congressum. (Olim SAM VII, 80 h).  
*Ed. Lettere, II, 548.*
728. *Nocera, 27.06.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Patres et Fratres domus in **Ciorani**: Certiores eos facit de electione Superiorum et Consultorum Generalium, habita in congressu generali, die 26 junii.  
*Ed. SH 11 (1963) 280 n. 3. Cfr. Lettere, II, 551.*
729. *Nocera, ...06/07, 1780.* Adumbratio epistulae manu scriptae ad **Summum Pontificem Pium VI**, in qua **S. Alfonsus** elucidat totam historiam sic dicti *Regolamento*.  
*Ed. SH 14 (1966) 221-236.*
730. *Nocera, 02.08.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Gasparo Caione**: Explicat mutationes sic dicti *Regolamento*. Iubet eum venire, simul cum **P. Fabio Buonopane**, ut secundum rei veritatem certior de rebus fiat, quia audivit eum partem habere in agitatione circa Congregationis divisionem. (Olim SAM VII, 80 i).  
*Ed. SH 11 (1963) 282-283 n. 5.*
731. *Nocera, 19.08.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Pietro Paolo Blasucci** in **Girgenti**: petit ab eo ut adeat in **Napoli** ut conetur impedire divisionem Congregationis. (Olim SAM VII, 80 k).  
*Ed. Lettere, II, 554.*
732. *Nocera, 01.09.1780.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Diodato Criscuoli** in *Ciorani*: petit parvam summam pecu-

niae.

*Ed. Lettere*, II, 555, secundum originale in AG servatum, quod tamen nunc deest.

733. *Nocera*, 14.09.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **D. Pietro Antonio Gavotti**, tutorem filiorum fratris sui **Ercole**, in **Napoli**: gratias propter id agit quod curam nepotum assumere voluerit et rogat ut retineatur **Gaetano Celano** tamquam causidicus familiae **Liguori**, quia res semper optime curavit.

*Ed. SH* 11 (1963) 284-285 n. 8.

734. *Nocera*, 25.09.1780. Photoapographum epistolae manu scriptae ad nepotem **Maria Teresa de' Liguori**, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae: consiliatur ei quoad tutorem **Pietro Antonio Gavotti**. Exhortatur eam ne in mundum redeat, sed ut maneat in monasterio.

*Ed. SH* 11 (1963) 286-287 n. 9 secundum photoapographum quod servatur in AG, sed quod nunc deest. Cfr. *Lettere*, II, 594.

735. *Nocera*, 08.10.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: gaudet de condicione Congregationis in Statibus Pontificiis; petit ut certiolem faciat **S. Pontificem** de rei veritate quoad *Regolamento*, quod acceptari debuit ne periret Congregatio in Regno. (Olim SAM VII, 80 l).

*Ed. Lettere*, II, 557-560.

736. *Nocera*, 18.10.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: explicat facta quoad *Regolamento* et vult recuperare facultates a **S. Sede** revocatas. (Olim SAM VII, 80 m).

*Ed. Lettere*, II, 562-564.

737. *Nocera*, 26.10.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**, Praesidem CSSR in Statibus Pontificiis, in **Frosinone**: de negotiationibus pro restitutione facultatum revocatarum Congregationi in Regno neapolitano exsistenti. Rogat ut quantocius in **Pagani** veniat. Petit eius intercessionem apud Summum Pontificem.

*Ed. SH* 11 (1963) 287-288, n. 10. Cfr. *Lettere*, II, 569.

738. *Nocera*, 10.11.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola** in **Frosinone**: iudicat unam tantum viam superesse ad salvandam condicionem iuridicam Congregationis in Regno, nempe: mutatio voti in iusiurandum a potestate Summi Pontificis decernenda, pro Congregatis Regni. (Olim SAM VII, 80 n).

*Ed. Lettere*, II, 564-565.

739. *Nocera*, 10.11.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Gasparo Caione** in **Benevento**: Mittit ei epistolam Summo-

Pontifici in scriptam ut subscribere primum faciat a Card. **Banditi**. (Olim SAM VII, 80 o).

*Ed. Lettere*, II, 565-566.

740. *Nocera*, 13.11.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Francesco Antonio de Paola**: petit ut veniat in **Pagani** cum P. **Amelio Ficocelli** ad agendum de unione Congregationis. (Olim SAM VII, 80 p).

*Ed. Lettere*, II, 566-567.

741. *Nocera*, 25.11.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Francesco Antonio de Paola**: Iterum proponit viam solutionis: approbatio a S. Pontifice sic dicti *Regolamento* pro congregatis Regni et restitutio facultatum revocatarum. (Olim SAM VII, 80 q).

*Ed. Lettere*, II, 568-571.

742. *Nocera*, 25.11.1780. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Gasparo Caione** in *Benevento*: rogat ut **Romam** adeat ad obtinendam a **S. Sede** restitutionem facultatum. (Olim SAM VII, 80 r).

*Ed. Lettere*, II, 571-572.

743. *Nocera*, ...12.1780. Epistula cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ad Regem **Ferdinandum IV**: petit ut permittatur Congregatis iureiurando sese obligare ad paupertatem, vitam communem et perseverantiam.

*Ed. Lettere*, II, 578-579.

744. *Nocera*, 04.01.1781. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Francesco Antonio de Paola**: petit ut certior fiat de rebus Congregationis et explicat rationes quae impediunt sic dictum *Regolamento* recusare, quippe qui nec ipse possit directe ad SS. Pontificem scribere. (Olim SAM VII, 81 a).

*Ed. Lettere*, II, 582-583.

745. *Nocera*, 05.01.1781. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Bartolomeo Mattia Corrado**, Vicarium Generalem in Napoli: vocat eum in **Pagani** ad deliberandum circa media adhibenda ad conservandam Congregationem.

*Ed. Lettere*, II, 584-585, secundum originale servatum in AG, sed hoc documentum deest. Exstat vero apographum ex originali scriptum.

746. *Nocera*, 10.01.1781. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Francesco Antonio de Paola**: mittit epistolam circa quaestionem de *Regolamento* ut eam D.no, **Zuccari** concedat. (Olim SAM VII, 81 b).

*Ed. Lettere*, II, 585-586.

747. *Nocera*, 20.01.1781. Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad P. **Francesco Antonio de Paola**: exspectat epistolam eius, eumque certiores facit de Relatione a Card. **Banditi** de **Benevento** scripta, ac

de sua epistula ad S. Congregationem missis. Addit propria manu post scriptum: «la consulta del fiscale de **Lione** contra noi ancora pende; onde bisogna che siamo in cautela». (Olim SAM VII, 81 c).

*Ed. Lettere, II, 588-589.*

748. *Nocera, 26.01.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola** in **Frosinone**: Queritur se non recepisse responsum. Rogavit Regem, num Congregati in **Regno neapolitano** se obligare possint ad perseverantiam, paupertatem et vitam communem. Certior fiat de rebus Congregationis in **Statibus Pontificiis**. (Cfr. supra n. 747).

*Ed. SH 11 (1963) 289-290 n. 17.*

749. *Nocera, 29.01.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: accepit demum epistolam eius. Expectat litteras Regis quae gratiam petitam circa iusiurandum concedent. Quantum prosit unio et quid ex divisione sequi possit. (Olim SAM VII, 81 d).

*Ed. Lettere, II, 589-591.*

750. *Nocera, 08.02.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: deinceps vitabit quicquid nocere possit actionibus Congregationis apud S. Sedem. Eum hortatur ad prosequendos conatus pro unione. (Olim SAM VII, 81 e).

*Ed. Lettere, II, 591-592.*

751. *Nocera, 16.02.1781.* Photoapographum epistolae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad **P. Bartolomeo Mattia Corrado**: Dimissus **P. Luigi Capuano**, servatus est in Congregatione iussu S. Sedis.

*Ed. SH 6 (1958) 343-344.*

752. *Nocera, 18.02.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: rogat ut retineat *Romae* decisionem causae Congregationis usque ad responsionem Regis circa iusiurandum perseverantiae. (Olim SAM VII, 81 f).

*Ed. Lettere, II, 593.*

753. *Nocera, 12.03.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Gasparo Calone** in **Benevento**: audivit Patres domuum Status Pontificii unioni obstare. Petit ab eo ut hoc quaerat a **P. de Paola** qui die 14 martii in **Benevento** veniet. (Olim SAM VII, 81 g).

*Ed. Lettere, II, 598-599.*

754. *Nocera, 15.03.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Bartolomeo Mattia Corrado** in **Napoli**: communicat cum eo quasdam notiones de progressu atque spiritu Congregationis causidico transmittendas. (Olim SAM VII, 81 h).

*Ed. SH 11 (1963) 292 n. 14.*



755. *Nocera, 21.03.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Gasparo Caione** in **Benevento**: Acceptatio sic dicti *Regolamento* necessaria est. In **Roma** causa bene procedit. (Olim SAM VII, 81 i).  
*Ed. SH 11 (1963) 292-293 n. 15.*
756. *Nocera, 26.03.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, eiusque apographum, ad **P. Isidoro Leggio** in **Roma**: Petit ut auxilium praestet ad unionem in Congregatione restituendam. Praedicit eum conscientia morderi, si causa eius scissio protrahatur.  
*Ed. Lettere, II, 600 partim; et SH 11 (1963) 293 n. 16, tota.*
757. *Nocera, 04.04.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: explicat rationem quae ipsum movit ad nominandum advocatum et procuratorem **Romae** et petit ut, si vere pro unione sit, removeat a **Roma** Patrem **I. Leggio**. (Olim SAM VII, 81 k).  
*Ed. Lettere, II, 601-602.*
758. *Nocera, 21.06.1781.* Epistula circularis manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Congregatos in Regno neapolitano: Quia quidam Congregati decretis de acceptatione sic dicti *Regolamento* in epistula sua die 15 maii data, obsecuti non sunt, iubet unicuique acceptare *Regolamento* et urget promptam nuncupationem iuriumiurandorum intra 40 dies sub poena expulsionis. Quod decretum a superioribus omnibus subditis notum fiat. (Exstat etiam photoapographum exemplaris servati in Archivo Provinciae CSSR de **Palermo**). (Olim SAM VII, 81 l).  
*Ed. SH 11 (1963) 299-300, n. 18.*
759. *Nocera, 28.06.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Bartolomeo Mattia Corrado**: committit ei ut ad quietem suae conscientiae petat a SS. Pontifice gratiam sese committendi iudicio confessoris quoad exercitium voti paupertatis. (Olim SAM VII, 81 m).  
*Ed. Lettere, II, 612-613.*
760. *Nocera, 17.09.1781.* Photoapographum epistulae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad D.num **Antonio Giattini** in **Palermo**: declarat non posse dimittere filium eius **Vincenzo Antonio Giattini** ut in domum paternam redeat, quia vere vocatus est in **CSSR** et rogat ne deinceps pacem filii perturbet, nisi velit a Deo puniri.  
*Ed. ASA 4 (1936) 51; et 22 (1953) 23.*
761. *Nocera, 25.10.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: gaudet de progressu domuum Status Pontificii et exspectat de futuro incremento certiore fieri. (Olim SAM VII, 81 n).  
*Ed. Lettere, II, 617-618.*
762. *Nocera, 23.11.1781.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: gaudet de novis foundationibus

in **Gubbio, Foligno et Roma**; gaudet de missionibus habitis et dat aliqua consilia quoad argumentum praedicationis in missionibus. (Olim SAM VII, 81 o).

*Ed. Lettere, II, 619-620.*

763. *Nocera, 03.01.1782.* Photoapographum epistulae manu scriptae, a **S. Alfonso** manu propria subscriptae, ad nepotem **Maria Teresa de Liguori in Napoli**: gratias ei agit pro congratulationibus eamque exhortatur ad perseverandum .

*Ed. Lettere, II, 622, et SH 6(1958) 344 n. 18.*

764. *Nocera, 17.01.1782.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Giovanni Battista di Costanzo**: gaudet de lectionibus philosophiae et ut textum theologiae dogmaticae commendat **Abelly**. (Olim SAM VII, 82 a).

*Ed. Lettere, II, 623.*

765. *Nocera, 21.06.1782.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Francesco Antonio de Paola**: exprimit gaudium propter progressum Congregationis in Statu Pontificio et amorem et gratitudinem erga confratres. (Olim SAM VII, 82 b).

*Ed. Lettere, II, 627.*

766. *Nocera, 15.11.1782.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Cardinalem quemdam (**Banditi?**): rogat ut obtineat a SS. Pontifice pro se et confratribus Regni veniam aegritudinis ei allatae ob *Regolamento*. (Olim SAM VII, 82 c).

*Ed. Lettere, II, 631-632.*

767. *Nocera, 01.01.1783.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Bartolomeo Mattia Corrado**: de causa **Sarnelli**: bene procedit, quia Rex Congregationi favet. (Olim SAM VII, 83 b).

*Ed. Lettere, II, 634-635.*

768. *Nocera, 28.06.1783.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Diodato Criuscuoli in Ciorani**: Convocat novum Capitulum Generale in Regno neapolitano, ad hoc concessa regia facultate, ad eligendos Vicarium Generalem cum iure successionis, Consultores Generales, Procuratorem et Rectores domuum. Eligendi sunt vocales. (Olim SAM VII, 83 c).

*Ed. Lettere, II, 640-641.*

769. *Nocera, 01.07.1783.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Diodato Criuscuoli in Ciorani**: quia vocales omnes nequeunt adesse ibi die 22 julii ad incipiendum Capitulum electivum, difertur dies in aliam postea communicandam. (Olim SAM VII, 83 a).

*Ed. Lettere, II, 642-643.*

770. *Nocera, 26.07.1783.* Epistula manu scripta, a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad **P. Diodato Criuscuoli in Ciorani**: urget electionem vocalium

istius domus ita ut si die 1 augusti electi non sint, amittat ius suum, quia Capitulum incipiet die 3 augusti. (Olim SAM VII, 83 d).

*Ed. Lettere, II, 643.*

771. *Pagani, 30.08.1783.* Epistula circularis manu scripta a **S. Alfonso** manu propria subscripta, ad Patres et Fratres in **Regno neapolitano**: promulgat decreta Capituli Generalis, vi quorum inculcatur observantia diversarum normarum quae in Regulis et Constitutionibus pontificiis Congregationis continentur. (Olim SAM VII, 83 e).

*Ed. Lettere, II, 644-651.*

772. *Nocera, 12.01.1785.* Epistula ad confratrem quemdam manu scripta a Fr. **Francesco Romito**, dictante **S. Alfonso**: commendat confidentiam in B.M.V. ad obtinendam perseverantiam. (Olim SAM VII, 85 f).

*Ed. SH 11 (1963) 304-305 n. 23.*

773. *S. Aniello, 10.08.1742.* Epistula manu scripta autographa **S. Alfonsi** et Patris **Paolo Cafaro** ad **P. Cesare Sportelli** in **Ciorani** et simul epistula quaedam D.ni **Ercole de' Liguori** ad **S. Alfonso**: hic et **P. Cafaro** certiore faciant **P. Sportelli**: de aggregatione novi membri Associationi Nobilium, e quo pecuniam percipiebat **Alfonso**; *de rebus in Ciorani* mittendis, et de sigillo Congregationis. D.nus vero **Ercole** agit de ingressu juvenis cuiusdam a **S. Alfonso** commendatae in Monasterium et nuntiat caeremoniam aggregationis. Primus paragrahus et inscriptio sunt autographa **S. Alfonsi**; cetera sunt Patris **Cafaro**. Epistula D.ni **Ercole**, autographa est. Sunt 4 paginae, 14 × 20 cm., quae bene se habent. In 3<sup>a</sup> scripta est epistula D.ni **Ercole**. In 4<sup>a</sup> est inscriptio.

*Ed. P. C. HENZE, Epistulae P. Cafaro, Romae 1934, 13.*

774. ..., *11.12.1745.* Supplex libellus **S. Alfonsi** ad Card. **Giuseppe Spinelli, Napoli**, ad petendas facultates pro missionibus, quae conceduntur ibidem. Dicitur **Congregatio SS. Salvatoris** erecta in **Iliceto**. Documentum manu scriptum est originale, etsi non autographum **S. Alfonsi**; 20 × 26 cm., bene se habet. Ibi mentio fit de missionibus in **Troia** et in **Cirignola**. Agitur de facultatibus concessis a **Benedicto XIV**. Et documentum suscribunt Archiepiscopus Neapolitanus et Secretarius, **Joseph. Canonicus Romanus**.

*Ed. Lettere, I, 109-110.*

775. ..., .....1746. Supplex libellus manu scriptus **S. Alfonsi** aliorumque solidalium Congregationis ad Regem in **Napoli** pro fundatione domus **Mater Domini** in **Caposele**. Mentionem facit de missionibus in **Conza**. Est documentum apographum cum nota autographa **S. Alfonsi**; 14 × 18 cm. bene se habet.

*Ed. Lettere, I, 122.*

776. ..., *03.11.1759.* Supplex libellus manu scriptus, originalis etsi non autographus **S. Alfonsi**, ad Archiepiscopum de **Salerno, Isidoro (Sánchez de Luna)**, ad petendam prorogationem facultatum iam concessarum ab Ep.

**Rossi** et ab Ep. **Capua**, pro suis missionariis. Archiepiscopus Salernitanus ibidem facultates concedit iuxta preces. Documentum, 20 × 27.5 cm., aliquantum maculosum et lacerari incipiens, constat e 4 paginis.  
*Ed. Lettere*, I, 420-421.

777. ..., 22.01.1760. Supplex libellus manu scriptus, originalis sed non autographus **S. Alfonsi**, ad archiepiscopum de **Salerno**, **Isidoro Sánchez de Luna**, ad facultatem absolvendi a casibus reservatis et facultates «pagellae» petendas, quas in eodem folio Archiepiscopus concedit. Additur postea nota **P. Giuseppe Ma. Pavone**, qua testatur **S. Alfonsum** in visitatione mensis maii 1777, petente **P. Landi**, communicasse facultatem de qua supra etiam confessoribus approbatis pro hominibus tantum. Quae facultas prorogatur etiam 10 augusti 1783, sede vacante, cum subscriptione vicarii capitularis: **F.X. Canonicus Del Vivo**. (Documentum chartaceum, 21 × 28 cm., aliquantulum maculosum et lacerari incipiens: 4 p.).

*Ed. Lettere*, I, 429-430.

778. ..., ...07.1767. Adumbratio Supplicis libelli, manu scripti, originalis sed non autographi **S. Alfonsi**, ad regem **Ferdinando IV** in **Napoli**, quo confutatur capita accusationis **Maffei** contra suos missionarios et petit iustitiam et patrocinium. Mentionem facit de **Iliceto** in provincia **Lucera**, de **Foggia**, de **Marchione Cito**, de domo in **Benevento**, de dioecesibus **Avellino**, **Ariano**, **Montemarano**, **Telese**, **Larino**; de Ministris de **Montefusco**, de episcopo **Pacca (Benevento)**; de **Puglia**. Documentum cartaceum, 12 p., 20 × 28 cm.).

*Ed. SH 9 (1961) 330-334, n. 32.*

779. ..., ...03.1771. Adumbratio Supplicis libelli, manu scripti, originalis sed non autographi **S. Alfonsi**, ad regem **Ferdinando IV** in **Napoli**: declarat Congregationem suam, studentem instructioni populi maxime destituti succursu spirituali, varia ob motiva vexari. Demonstrat bona temporalia possidere opus esse ut continuari possint missiones et rogat declarationem ex officio de hoc. In documento mentio fit de **Nicola Sarnelli**, de Feudo de **Ciorani**, de **Nocera**, **Iliceto**, **Caposele**, ac de Cappellano Maiore. (Documentum chartaceum, 4 p., 21 × 29 cm. Cfr. **F. 07** Vol. I, C, 25 et 28).

*Ed. SH 9 (1961) 344-347 n. 45.*

780. **Arienzo**, ...03.1775. Supplex libellus, manu scriptus, originalis non vero autographus **S. Alfonsi**, ad Papam **Pio VI**, quo petit, tamquam Episcopus de **I. Agata**, aetatis et valetudinis causa, commutationem Officii Divini in alias preces. Quod concedit S. Paenitentiaria Apostolica, die 31 martii 1775, cum subscriptione P. Canonici **Leonardi**, **S.P.** secretarii. (Documentum chartaceum, 4 p., 20 × 27 cm.).

*Ed. Lettere*, II, 327-328.

781. **Roma**, 14.11.1775. Epistula latina (*Breve*) originalis **Pii VI**, subscripta a **Benedicto Stay**, ad **S. Alfonsum**: gratias ei agit ob litteras et duo opuscula sibi missa. **S. Alfonsus** scripserat ad **Pium VI**, ad gratias agendas pro episcopalis officii abdicationis acceptatione et *tria* opuscula missurum dicebat. Cfr. supra n. 634. (Documentum chartaceum, 1 p., 26 × 40 cm.).

782. ..., 17.06.1759. Adnotatio P. **Sampers** circa epistolam vel potius declarationem scriptam **S. Alfonsi** in quadam controversia. Documentum originale exstaret in Archivo domus **Pagani**. Deest hic photoapographum.
783. ..., 28.07.1779. Supplex libellus manu scriptus, originalis non vero autographus **S. Alfonsi**, ad Card. (**Gulielmo**) **Pallotta**, *Pro-Tesoriere di N. Sig.re*: petit facultatem testandi ex fructibus maturis suae pensionis episcopalis. Gratia conceditur iuxta preces, die 28 iulii 1779. (Documentum chartaceum, 4 p., 20 × 27.5 cm., valde maculosum).  
*Ed. SH 11 (1936) n. 28.*
784. *Nocera?*, 17.08.1779. Supplex libellus, manu scriptus, originalis non vero autographus **S. Alfonsi**, ad regem **Ferdinando IV** de **Napoli**, cum relatione Cappellani Maioris (**Matteo Gennaro Testa**), die 14.08. data et *Exsequatur* die 17.08.1779 concessum. Supplicat **Alfonsus** ut detur *Exsequatur* regium indultio pontificio die 28.07.1779 dato, ut testari possit de fructibus maturis nondum perceptis suae pensionis. In relatione fit mentio de **S. Agata de' Goti** et de **Domenico Potenza**, Consiliario. (Documentum chartaceum, 4 p., 19 × 27 cm., maculosum).  
*Ed. SH 11 (1963) 37. n. 29. Cfr. SA 13 (1942) 167.*
785. *Nocera*, 12.12.1756. Photoapographum epistolae autographae **S. Alfonsi** ad Sororem **Maria Angela Rosa Graziano**, *nel Monastero del SS. Rosario (Napoli)*. Gratias agit ob dona. Mittit opuscula sua spiritualia. Promittit normam generalem asceticam, approbandam a Moderatore earum. (Originale exstat in Archivio Prov. **Lugdunensis CSSR**, sub titulo *Manuscripta S.A.*).  
*Ed. Lettere, I, 367.*
786. ..., 03.11.1757. Photoapographum epistolae autographae **S. Alfonsi** ad P. **Gasparo Caione**: indicat modum agendi cum Fratre **Studente Siniscalchi** qui tentatione agitur. Certiorem faciat P. **Leo** de exemplaribus operis **Tournely Compendium**, iam petitis. (Originale exstat in Archivio Prov. **Lugdunensis CSSR**).  
*Ed. Lettere, I, 385-386.*
787. *Nocera*, 28.01.1762. Photoapographum epistolae, manu amanuensis scriptae, cum subscriptione autographa **S. Alfonso** ad novitium **Vincenzo Buonopane**. Hortatur eum ad sanctitatem acquirendam. Dolet quod episcopus de **Avellino**, **Gioacchino Martinez**, obstiterit ingressui eius in novitiatum. (Originale exstat in Arch. Prov. **Lugdunensis CSSR**).  
*Ed. Lettere, I, 468.*
788. *Airola*, 16.01.1763. Photoapographum epistolae **S. Alfonsi**, manu amanuensis scriptae, cum sua tamen subscriptione autographa, ad fratrem suum **D. Ercole de' Liguori**: nuntiat includere pecuniam ad partem debiti solvendum.  
*Ed. SA 34 (1963) 25, e quo deprompsimus photoapographum.*

789. *Pagani, 30.01.1783*. Photoapographum epistulae, manu amanuensis scriptae, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ad Sororem **Brianna Carafa**, (Monastero di S. Marcellino in **Napoli**). Consolatur eam de munere ei commisso, quod solitudinem impedit, et hortatur eam ad amplectendam libenter voluntatem divinam. (Originale exstat in Arch. Pro. **Lugdunensis CSSR**).  
*Ed. Lettere, II, 637, secundum editionem Romanam.*
790. ..., .....1744?. Lineamenta manu amanuensis scripta libelli **S. Alfonsi ad regem Carlo III de Napoli**: exponit statum Congregationis: domus, numerum sodalium (20), finem specificum, apostolatum. (Etsi desit subscriptio, documentum alfonsianum habendum est. Olim vol. XXVI).  
*Ed. SH 13 (1965) 13 n. 12.*
791. *Ciorani, 09.03.1738*. Photoapographum editum epistulae autographae **S. Alfonsi** ad **P. Giulio Marocco (Marocco), C.S.S.S.** Petit diversas notitias quae ad eum ipsum spectant et ad fundationem in **Villa degli Schiavi**, cuius dominus **Colubrano (Columbrano)** seu Princeps **Francesco Carafa** missionariis obstabat. Mentionem facit de ecclesia in **Ciorani** aedificanda ac de candidato quodam neapolitano.  
*Ed. SA 24(1953) 68-70, et cfr. Lettere, I, 67.*
792. *Napoli, ...07.1767*. Libellus **S. Alfonsi**, eius iussu editus (in **Napoli**, versus finem mensis iulii a. 1767; sed non imprimitur locus et dies), ad Regem **Ferdinando IV de Napoli**: propulsat accusationem **Baronis Nicola Sarnelli** contra Congregationem. (Est documentum originale).  
*Ed. Lettere, II, 27-40.*
793. *Roma, 18.06.1765*. Epistula originalis Cardinalis **Andrea Negrone** ad **S. Alfonsum**, qui manu propria scribit a tergo: «VGM Il Papa circa la Rinunzia». Cardinalis certiore facit eum de rationibus ab eo allatis ad renuntiandum Summo Pontifici iam exhibitis, qui tamen eum hortatur ad quietam conscientiam pergendum in exercitio officii episcopalis. (Olim Vol. **I, B, 14bis**).  
*Ed. SH 9 (1961) 367-368, n. 14.*
794. *Scala, 12.09.1732*. Photoapographum epistulae autographae Ep. **Tommaso Falcoia** ad **S. Alfonsum** in **Napoli**. A tergo, in margine superiore, legitur notula quaedam autographa huius. (Documentum originale in **F. Falcoia**, Olim XXXVII, III, B, 3 et XXXVII-D, 3).  
*Ed. A 5 (1926) 290, et TFL, 109-113, n. 38.*
795. ..., 03.06.1733. Photoapographum epistulae autographae Ep **Tommaso Falcoia** ad **S. Alfonsum** in **Scala**. A tergo legitur notula autographa **S. Alfonsi** circa votum «di non lasciar l'Istituto». (Originale in **F. Falcoia**, Olim XXXVII, B, III, 3 et XXXVII-D, 3).  
*Ed. A 11 (1932) 168, et TFL, 153-154 n. 59.*

796. ...., 06.06.1733. Photoapographum epistulae autographae Ep. **Tommaso Falcoia** ad **S. Alfonsum** in **Scala**. A tergo legitur notula autographa huius. (Originale in **F. Falcoia**, Olim XXXVII, III, B, 3 et XXXVII-D, 3).  
Ed. A 11 (1932) 169 et **TFL**, 155-157 n. 60.
797. ...., 11.07.1733. Photoapographum epistulae autographae Ep. **Tommaso Falcoia** ad **S. Alfonsum**. A tergo legitur annotatio autographa huius. (Originale, olim XXXVII, B, III, 3 ; et XXXVII-D, 3).  
Ed. A 11 (1932) 230, et **TFL**, 160-162 n. 63.
798. ...., ...07.1733. Photoapographum epistulae autographae Ep. **Tommaso Falcoia** ad **S. Alfonsum**. A tergo legitur notula huius autographa. (Documentum originale in **F. Falcoia**, olim XXXVII, B, III, 3 et postea, XXXVII-D, 3).  
Ed. A 11 (1932) 235, et **TFL**, 167-168 n. 67.

**050113 (SAM/13) ACTA EPISCOPATUS S. ALFONSI: ann. 1762-1776**

799. *Roma*, ..... Adnotationes quaedam antiquae circa ordinationem huius sectionis manu scriptorum **S. Alfonsi**, quae utiles esse possunt documentorum studiosis.
800. *Roma*, 21.06.1762. Litterae in membrana **Clementis PP. XIII** ad **S. Alfonsum**, subscriptae a **N. Card. Antonelli**: concedit indulgentiam plenariam fidelibus visitantibus ecclesiam in **S. Agata** et aliis locis insignioribus dioecesis die quo primo ibi celebrat in pontificalibus. (Documentum in membrana (1 folium), 15 × 43 cm. A tergo legitur inscriptio: Venerabili Fratri **Alphonso Mariae**, Episcopo **Sanctae Agathae Gothorum**. (Olim vol. XXXIII, 13).  
Ed. *SH* 9 (1961) 365 n. 2.
801. *Roma*, 21.06.1762. Litterae patentes in membrana **Clementis PP. XIII**, subscriptae «**N. Card. Antonelli**»: concedit indulgentiam plenariam fidelibus ecclesiam cathedralem in **S. Agata** «die quo prima synodus inchoabitur ac in omnibus et singulis annis illius celebrationis diebus devote visitantibus». (membrana, 16 × 42 cm., aliquantulum maculosa. Olim vol. XXXIII, 2 (11)).  
Ed. *SH* 9 (1961) 365 n. 3.
802. *Roma*, 21.06.1762. Litterae in membrana **Clementis PP. XIII** ad **S. Alfonsum**, subscriptae a **N. Card. Antonelli**: concedit indulgentiam plenariam fidelibus qui interfuerint Missae in Pontificalibus ab **Alfonso** celebrandae in ecclesia **Sanctae Agathae** et postea in aliis ecclesiis insignioribus, iisque easdem ecclesias eodem die visitantibus. (Membrana, 15 × 43 cm., aliquantulum maculosa. Olim vol. XXXIII, 2 (12)).  
Ed. *SH* 9 (1961) 313, n. 4.

803. *S. Agata, 02.07.1762.* **S. Alfonsus** possessionem *S. Agathae* sumit per procuratorem, **D. Francesco Rainone**, Vicarium Capitularem, et confirmat facultates Vicariorum foraneorum. (Est photoapographum actorum autographorum Procuratoris **Rainone**, quae exstant in archivo diocesano **S. Agathae**, sub rubrica *Miscellanea antica*).
804. *S. Agata, 30.07.1762.* **S. Alfonsus** ad Clerum suae dioecesis: edictum circa diversa capita disciplinae ecclesiasticae. Incipit cum titulis: «vescovodi **Sant'Agata de' Goti e Suessula**, barone del Castello di **Bagnoli**, e Rettor Maggiore della **Congregazione del SSmo Redentore**». Agit de modo celebrandi Sacrificium Eucharisticum; de usu habitus talaris; de non quarendis litteris commendaticis pro ordinibus aut beneficiis; de praedicatione. Citat Concilium Tridentinum et **P. M. Avila**. (Est documentum originale cum aliquibus notis autographis **S. Alfonsi**. 4 p., 20 × 27 cm. Olim SAM, VIII, E, 13).  
*Ed. Lettere, III, 551-554.*
805. *S. Agata, 07.09.1762.* Epistula iussu **S. Alfonsi** manu scripta a cancellario **Giuseppe Jermieri** ad Vicarium foraneum **Giulio Danco**, de modo celerrimo quo Missa celebratur: admonendi sunt sacerdotes regulares de hoc. Citat **Benedetto XIV** et **Concilio de Trento**. (Documentum autographum Cancellarii, 14 × 20 cm.. Olim XXXIII, 14).  
*Ed. Lettere, III, 557.*
806. *S. Agata, 15.09.1762.* Rescriptum pro «**Orazio Caccabale della Terra di Arienzo**», ut studia in seminario continuare queat, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** et secretarii **Felice Verzella**. (Documentum chartaceum, 22 × 32 cm., 2 p.. Fidem facit **P. Giuseppe Ma. Mautone**, Roma 08.07.1840. Olim SAM VIII, 15).  
*Regestum SH 9 (1961) 313 n. 2.*
807. *S. Agata, 16.09.1762.* Rescriptum manu scriptum a secretario **Felice Verzella** cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, pro clerico «**Francesco Romeo della Terra di Durazzano**», ut continuare possit studia in Seminario, sub conditione solutionis ante diem dictam partis tertiae pecuniae pro victu. (Documentum chartaceum - 2 p. - 19 × 27, tinea consumptum. Exstat quoque photoapographum huius rescripti et involucrum cum sigillo cerae signatoriae (ceralacca). Fidem faciunt **P. Giuseppe Ma. Mautone**, Roma 08.07.1840 et alius cuius nomen legi non potest, Romae, die 10.01.1866).  
*Ed. SH 25 (1977) 300 n. 6.*
808. *S. Agata, 18.09.1762.* Rescriptum manu scriptum cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** pro clerico «**Ermengildo Ascantini di Catano Vitulano**» (archidioecesis de **Benevento**), ut studia in seminario continuare queat. (Exstat tantum apographum factum a **P. Ernesto Bresciani** die 08.03.1904 ex originali, tunc conservato apud **Luigi Azzolini**).  
*Regestum SH 9 (1961) 331 n. 3.*



809. *S. Agata, 28.09.1762.* Rescriptum manu scriptum cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** pro «**Sabbatino Ruosolo del Casale di Rosciano** della Terra di **Arienzo**», ut filius eius **Pasquale** admitti queat in Seminarium, ea conditione ut ante diem dictam solvat tertiam partem pecuniae pro victu. (Fidem facit **P. Giuseppe Ma. Mautone**, Roma, 27.06.1840. Documentum chartaceum, 19.5 × 26.5, 2 p., maculosum et deterius factum. Olim Sam VIII, 15).  
*Regestum SH 9 (1961) 313 n. 4.*
810. *Roma, 10.11.1762.* Litterae in membrana **Clementis PP. XIII** ad **S. Alfonsum**, subscriptae «**N. Card. Antonellus**»: concedit facultatem impertiendi Benedictionem Apostolicam cum indulgentia plenaria fidelibus dioecesis bis in anno (die Paschatis et alio die libere eligendo) post Missarum solemniam, per totum tempus episcopatus in **S. Agata**. (Membrana, 48 × 31 cm.. Olim XXXIII, 9).  
*Regestum SH 9 (1961) 366 n. 5.*
811. *S. Agata, 07.03.1763.* Edictum manu scriptum cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, per quod convocatio fit pro examine die 17 martii 1763 habendo, de idoneitate candidatorum ad vacantem canonicatum cum praebenda theologali in Ecclesia Cathedrali. Subscribit etiam **M.** canonicus **Jermieri** pro Cancellarius. Citat Papam **Benedictum XIII**. Latine conscriptum. (Fidem facit **P. Giuseppe Ma. Mautone**, Roma 05.05.1840. Documentum chartaceum, 21 × 39 cm.. Olim SAM VIII, E 15).  
*Regestum SH 9 (1961) 317 n. 8.*
812. *S. Agata, 05.04.1763.* Rescriptum manu scriptum, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** et secretarii **Felice Verzella**, pro «l'Acolito seminarista **Cosma Massa** della Terra di **Frasso**», ut pecunia pro victu in Seminario solvenda ei diminuatur. (Fidem facit **P. Giuseppe Ma. Mautone**, Roma 08.07.1840. Documentum chartaceum, 21 × 30 cm.. Olim SAM VIII, 15).  
*Regestum SH 9 (1961) 317 n. 9.*
813. *Pagani, 08.09.1763.* Testimonium Typis cusum cum subscriptione autographa **S. Alfonsi**, ac Pro Cancellarii Can. **M. Jermieri**, promotionis Fr. **Giuseppe Buonomano**, **CSSR** ad exorcistatus et acolythatus ordines eo die in ecclesia domus. (Documentum chartaceum 20 × 30 cm., aliquantulum maculosum. Olim vol XXXIII, 1).  
*Regestum SH 9 (1961) 318 n. 11.*
814. *Pagani, 21.09.1763.* Testimonium typis cusum cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** et pro Cancellarii Can. **M. Jermieri**, promotionis Fr **Paolo Gallo**, **CSSR** ad tonsuram et quattuor ordines minores in ecclesia domus. (Documentum chartaceum 20 × 30 cm.. Olim vol. XXXIII, 4).  
*Regestum SH 9 (1961) 318 n. 12.*
815. *Pagani, 24.09.1763.* Testimonium typis cusum, ut supra, promotionis Fr. **Francesco dell'Armi** ad subdiaconatus ordinem eo die in ecclesia domus.

- (Documentum chartaceum, 20 × 30 cm. aliquantulum maculosum. Olim vol. XXXIII, 1).  
*Regestum SH 9 (1961) 318 n. 13.*
816. *Pagani, 24.09.1763.* Testimonium typis cūsum, cum subscriptione autographa **S. Alfonsi** ac pro Cancellarii Can. **M. Jemieri**, promotionis Fr. **Amato Ricca, CSSR** ad subdiaconatus ordinem eo die in ecclesia domus. (Documentum chartaceum, 20 × 30 cm.. Olim vol. XXXIII, 2).  
*Regestum SH 9 (1961) 318 n. 14.*
817. *Roma, 24.02.1764.* Epistula manu scripta originalis **Datariae Apostolicae**, subscripta a **C.A. Card. (Guidoboni) Cavalchini** et **G. (Simonetti)** Arciv.o di **Pietra Seg.riò**, ad **S. Alfonso**: conceditur pro dioecesi «la dispensa dell'uova e latticini pel corso della prossima ventura Quaresima» exceptis certis diebus. (Documentum chartaceum, 4 p., quarum 2<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> albae, 19 × 27 cm.. Olim vol. XXXIII, 6).  
*Regestum in SH 9 (1961) 366 n. 9.*
818. *Napoli, 20.05.1764.* Epistula manu scripta autographa **D. Carlo Gagliardi** ad **S. Alfonso**, ad cuius epistolam die 15.05.1764 datam respondet: profert sententiam suam in controversia de canonicatu fundato a Can. **Suppa** in ecclesia cathedrali. A tergo legitur nota autographa **S. Alfonsi**. (Documentum chartaceum, 4 p., 21 × 30 cm.. Olim vol. XXXIII, 20).  
*Regestum SH 9 (1961) 367 n. 11.*
